



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Berchtolsgaden.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

XVII. GEORGIUS Molitor, An. 1498 hic imaginem S. Martini, & Imaginem D. Virginis stantis, Iesulumq; in vlnis eius sedentis ex argento confecit. Brachium quoque argento fabricauit.

XVIII. PETRVS Streitl, An. 1500. Interfuit Synodo, quam Henricus Episcopus Dilingæ habuit, An. 1506. Imaginē Iesuli stantis ex argento, Altaria S. Michaelis, SS. Apostolorum, S. Anne, S. Sebastiani, S. Leonardi fieri curauit; Tres Calices argent eos deauratos emit, maximam campanam fundi, eamq; Mariam vocari voluit.

XIX. IOHANNES V. Dutzinger, An. 1520.

Wilhelmus Dux Bauaria concessit huic Canobio, vt in posterum duabus sagenis in lacu Vermium uteretur, deinde artem nouam piscandi, quæ dicitur, mit den rollen / vnd Springer / tertio, mit den Gladern vnd Krautsegen / à cornu lacus vsq; ad septem quarto, vt habeat seu imponat baculos à festo S. Georgij, vsq; ad festum S. Bartholomæi: quinto, den Kneckenlaich per totum Aduentum.

Hic Præpositus construxit turrim Ecclesie D. Virgini sacre, An. 1522. Pegma seu sacrarium, in quo asseruatur venerabile Sacramentum magno sumptu ex lapide fieri curauit. An. 1524 sedilia in Choro affabre fecit An. 1521. Ambitum variis picturis exornauit, Anno 1528. Deniq; Lacunar opere lignario in templo fieri curauit, An. 1534.

XX. IOHANNES VI. Fabri, An. 1535.

Hic Præpositus curauit fieri præsepe Domini, vnâ cum tribus Regibus in Sacello S. Catharina: nouum quoq; ædificium supra dormitorium extruxit pro recreationis loco.

XXI. FRANCISCVS Griemold. S.R. Eccl. Com. Palat. factus An. 1541. postulatur in administratorem Canobij R H O R, Anno 1551. Synodis interfuit, quas Otho Cardinalis Dilingæ celebrauit Anno 1548. & 1567. Emit Crucem in casula cum corporali CCL. florenis An. 1563. Huius etiam iussu Organum factum est, Anno 1564. Refectorium hyemale construxit, & horreum pro condendis frugibus, Anno 1566. quo eodem Anno Dn. I A C O B A, Ducissa, Wilhelmi Boiorum Ducis vidua donauit Canobio Casulam ex auro crispante confectam.

XXII. CASPARVS Weifs, An. 1572. Hic altare in Choro de nouo CC. florenis construxit Anno 1587. Item Altare B. Virginis Anno 1577. & Altare S. Augustini Anno 1578. Imagiem argenteam Caspari Regis, munera Christo recens nato ferentis fieri mandauit Anno 1588. Nouam habitationem pro Principibus extruxit Anno 1589. David Abbas in Andex & Hieronymus Stor Vicarius Augustanus, Præpositum & Conuentum redegerunt in meliorem viuendi modum, quibus chartas reformationis præscripserunt Anno 1592.

FERDINANDVS Dux Bauariæ fieri curauit vestes sacerdotis ministrorumque, nec non planetam cum tegumento Altaris ex holoferico flauis coloris, his addidit vexillum magnum eiusdem panni & coloris.

XXIII. WOLFGANGVS Scriba. An. 1592. Pollubrum cum duobus vrceolis ex argento fieri curauit An. 1592. Sacellum D. Virginis pulcherrimis imaginib. exornauit eod. anno. Vendidit Ser.º Duci Guilielmo predium Schleisheimense, cuius pretio maximum ex alienum, quod antecessor conflauerat, dissoluit: tunc idem Dux vt animaduertit hoc ipsum Canobium propter nimia debita redigi ad paupertatem, sua sponte donauit Ius patronatus Ecclesie Reichlingensis, vnde quotannis ducenti Canobio soluentur floreni. Anno 1593 Introitum Monasterij cum turricula, & molendinum construxit, An. 1594. Et hoc ipso tempore adhuc Præpositura præst. feliciter & cum laude.

### BERCHTOLSGADEN.

MONASTERIUM Canonicorum Regularium S. Augustini Ioannes Aueninus in hac fundatione variat, Nam in lib. 5. Annal. fol. 552, ponit: Chuno à Medling



Medling & Frontenhausen, Satrapes Comes Gars & Avv; vxor eius Irmogarda in agro Salisburgenſi Berchtolſgaden, vbi ſepulta eſt filia Adelhaidis, cum marito Beringerio, filiis, Beringerio & Conrado à Sultzpach, Comitibus, quod eſt oppidum Narifcorum, ad confluentes Train & Aliffi, Pamburg ibi humati perhibentur, collegia flaminibus Auguſtinianis inſtituerunt. Sed idem Auentinus in ſua met translatione Germanica aliter ponit; nempe Chuno, Comes à Medling, fundat Avv, vxor ſua Irmogard, filia Adelhaidis, cum marito Comite Beringerio, & filiis, Beringerio & Cunrado, Comitibus de Sultzpach, inſtituerunt, ſeu fundauerunt Berchtolſgaden & Bamberg.

TRANS  
ALIC

Idem poſteà in Annalib. fol. 655. in Genealogia Comitum Sultzpacenſium ſoli Beringario patri hæc tribuit. Idem in ſuo Germanico compendio, Sed in monumentis & diplomatibus Berchtolſgadenſibus reperitur, quod & verum eſt, quod Comes Beringerus, frater ſuus Chuno de Sultzpach, vnà cum ipſorum matre Irmogarda inſtituerunt Berchtolſgadenſe Monasterium in honorem S. Ioannis Baptiſtæ & S. Petri, ac multis bonis ditârunt, Anno 1108. ex quo apparet: Auentinum in nomine Irmogardæ errâſſe. Nam Irmogarda fundatrix mater erat Comitum Beringeri non ſocus. De familia huius non fatis conſtat, niſi quod fratrem habuit Comitem de Harburg, cuius inſignia habent 6. alba lilia, in rubro clypeo: Ipſorum verò Sultzpachenſium inſignia habent 6. lilia in clypeo Veneto ſeu Plau, ex annot. D. Lucretij.

IN DIVIVRNIS & grauiſſimis bellis inter Albertum & Leopoldum, Duces Auſtriæ, Piligrinum Archiepiſcopum Salisburgenſem ex vna, & Principes Bauariæ altera parte, inter Capitulares Berchtolſgadenſes ſchiſma ortum eſt. Nam quidam Sighardum Waller, alij Vlricum Wulpen in Præpoſitum elegerunt; Wallero patrocinati ſunt Auſtriaci cum Salisburgenſi, Vlrico Duces Bauariæ, in maximum illius Monasterij detrimentum. Tandem per prædictum Archiepiſcopum & Bauariæ Duces, nempe Stephanum, Fridericum & Ioannē, res hoc modo tranſacta eſt, vt vtrumq; in Berchtoldum Episcopum Friſingenſem compromitterent; qui ſuo Laudo vtrumq; electum depoſuit, & nouum Præpoſitum ſubſtituit, Conradum Thocer, Canonicum Salisburgenſem (qui poſteà non adeò bene præfuit) ſaluo tamen Capitulo deinceps liberè eligendi iure & facultate.

IN quo Laudo hoc quoq; expreſſè cautum eſt, vt quilibet nouus Præpoſitus, Archiepiſcopo Salisburgenſi, nec non & Ducibus Auſtriæ & Bauariæ, pro vniuſcuſq; iure, pro more veteri fidelitatem præſtet, *Einem jeden zu ſeinem Rechten/wie von alt her kommen globen ſoll.* Item quod duo caſtra à Ducibus Bauariæ contra Berchtolſgadenſes conſtructa, nempe Hagenfels & Dornberg, illi Eccleſiæ minimè commoda ruſum deſtruerentur, cum aliis quibuſdam articulis. Hoc ita actum eſt Anno 1384. Copia iſtius Laudi eſt, in quadam veteri laceraregiſtratura, quæ Friſingæ depoſita fuit.


### ADDITIONES.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Arnolphus* Dei gratia Imperator Auguſtus. Cognoscat igitur omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum & tam præſentium quam futurorum ſollertia. Quod nos per obtentum dilecti Comitum noſtri *Luitpoldi*, venatori cuidam noſtro *Gumperto*, quaſdam res juris noſtri in proprietatem conceſſimus, hoc eſt in Comitatu *Iungi*, in loco qui dicitur *Talbuſen* hobas III. cum XII. mancipiis, & cum reliquis pertinentiis conceſſis, cultis & incultis, paſcuſ, molendinis, piſcationibus, & quicquid ad eaſdē

hobas



hobas nostræ largitionis pertinere censetur. Iussimus quoque inde hoc presens preceptum nostrum fieri, per quod volumus firmiterque precipimus, ut prescriptus venator noster ex prelibatis rebus firmissimam potestatem facienda habeat, quicquid sibi libuerit. Et ut hec auctoritas nostra firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu nostra subtus eam roborantes, annulo nostro iussimus insigniri.

Signum Domini *Arnolphi*  *in* uictissimi Imperatoris August.

Engilpero Notarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognoui.

Date XII. Kal. Decembr. Anno incarnationis Domini DCCCXCVI. Indict. XIII. Anno Domini Arnolphi VIII. Imperij eius I. Actum *Regensperg* in Dei nomine A M E N.

*Libellus vetustissimus de Ecclesia Berchtesgaden fundatione, &c.*

**C**oenobium Regularium Canonorum, quod auctore Deo in Sylua *Berchtersgaden* situm est, dignum duximus ad posterorum notitiam scripto presenti transmittere, qualiter institutum sit, videlicet quo auctore fundationis originem acceperit, tum etiam consequenter exponere, quibus pro intentione & spe remunerationis æternæ locum eundem de patrimonio suo pie iuuantibus, quibusq; Euangelicæ perfectionis culmen appetendo cum coniugibus & liberis ibidem conuersis, & omnia quæ habebant in sæculo, non quidem relinquuntibus, sed feruente deuotionis studio Deo secum offerentibus, altius atque in melius profecerit, ita ut in breui vasta solitudo, quæ paulo ante fuerat saltus ferarum, & cubile Draconum, fieret tabernaculum Dei habitantis cum hominibus, fieret etiam palæstra spectabilis, videlicet pro patria cælesti luctantium, & carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificantibus. Quibus desiderio mundum fugientibus, atq; intentione sancta longe factis à sæculo, quantum pro fit corporalis solitudo oculo sapientiæ causam adrendentibus, facile constabit, videlicet ut tam corpore quàm mente fugiant sæcularium hominum nimiam frequentiam, ædificantes sibi cum regibus & consulibus terræ solitudinem, in qua fugiendo elongantes, atque elongando manentes veraciter expectent, eum, qui eos saluos faciat à pusillanimitate spiritus & tempestate. Itaque mater Comitissæ *Beringarij* nomine *IR IMG ART*, nobilitatis atq; honestatis in sæculo, pietatis ac deuotionis titulo coram Deo mulier insignis, voto facto summopere studuit in aliquo patrimoniorum suorum loco congregationem Clericorum communis vitæ instituere, vbi quicquid pij laboris, quicquid religionis ac sanctæ conuersationis seruatum fuisset, in perpetuum sibi etiam ad salutem optulari, tam vnanimiter quàm fideliter credidit, cum de loco prædicto sui prædij, suaq; institutionis, tamquàm de sinu suo ac manu multorum merita ad Deum transirent, videlicet, omnium vsque in finem sæculi ibidem sanctè & regulariter viuentium. Amplius etiam alto diuinoq; ac super mulieris animum sapienti vsa consilio, proximorum quoq; utilitati studuit providere, in vno videlicet eodemq; opere & sibi in futurum prospiciens, & aliis exemplum atque occasionem sua Deo spe supernæ retributionis conferendi instituens. Sic profectò sua fideliter & deuotè Domino offerens, quatenus etiam posteri haberent, vbi peccatorum suorum pretia, id est oblationes Christi pauperibus erogandas repererent.



nerent, mundumque studio & amore perfectionis relinquere cupientes locum dei seruiendi præparatum Deo inuenirent.

Verum cum huius tam sancti propositi differretur effectus, nec interueniente desidia, sed impediante occupatione terrena, contigit eam sæculo valesaturam vltima infirmitate fatigari. Quæ morte imminente filium supradictum *Beringarium* vocans, suæq; illi voluntatis propositum aperiens, vehementer supplicat, quatenus à debito voti Deo facti & matrem liberaret, & sibi proprium ac speciale apud Deum remunerationis æternæ præmium, de matris quidem proposito, de opere verò suo collocaret, designatis quibusdam allodiis, quæ pater Comitis *Beringarij* defuncto ab illo, cui postea nupserrat *dotalicij* nomine possessa, huic operi deuouerat, videlicet *Berchtesgademe* ac *Nidernhaim*. Quibus ille precibus susceptis, & matris voluntati suam iungens, tam deuotè quod petebatur impleturum se promisit, quam fideliter postea accepta oportunitate impleuit. Eodem sanè tempore *Rettenbuch* Ecclesia communis vitæ privilegijs regulariter instituta latissimè congregationis filiis sæcunda, religiosæ conuersationis patribus sublimata, fama & opinione sanctitatis longè lateq; fulgebat. Inde itaq; tamquam de fertilissimo sanctitatis & religionis horto, nouæ institutionis plantaria quærere optimum ducens, *Valrico* tunc eiusdem loci venerabili Præposito suæ ac maternæ voluntatis propositum insinuans, summo opere supplicat, quatenus ei & cõsilio adesset, qualiter id faceret, & \* auxilio cõsilio vt perficere posset. Qui tãt Principis à Deo inspiratũ affectum nefas existimans denegato assensu ab opere pio auertere, octo illi misit pro auxilio honestas personas, quatuor videlicet clericos, & totidè laicos fratres, factoque de ipso suo Collegio ex cõmuni electione Præposito venerabili videlicet *EBERVVINO Berchtesgademe* venerunt, ibiq; breuĩ tempore comorati, ceperunt paulò negligentius rebus suis operam dare, vastam solitudinẽ vt pote syluam terribilẽ perpetui frigoris & niuũ horrore squalentẽ fastidientes, atq; ideo silentio præterire quam exponere maluimus, quàm sæpe loca mutauerint, aptiorem sedẽ futuræ cõgregationi quærentes. Inde cõtingit, vt circa ipsos & locum inuitatoris eorũ animus paulatim languesceret, cum tandẽ memoratus *EBERVVINS*, diuini cõslij armatus virtute, jacto in Dominũ cogitatu, à quo sperabat omnẽ difficultatis asperitatẽ fidelium sensib⁹, & posse mitigari, & mitigandum, siluam *Berchtersgademe* repetiit, omnemq; demum dubietatis nebulã, ac mutabilis animi postponens leuitatẽ cõductis lapidũ artificibus, monasterij fundamenta locauit. Quod vt cõperit Comes piæ memoriæ *Beringarius*, vehementer exultans, & Deo gratias agens, omnẽq; tunc primũ adhibuit diligentia Præpositi vota iuuare, fratrum necessitatibus subuenire, locũ colere, eumq; pecuniis, possessionib⁹, & mancipiis exaltare. Quia verò scripto præsentis aduersus hominum calumniam posteris responsionẽ præparare cupimus, dicto quo ordine cuius rogatu locus institutus sit, nunc dicendum breuiter, quantum in defensionẽ Romanæ Ecclesiæ venerit. Memorata itaq; Comitissa, cum de instituendo Clericorũ Monasterio, vt prædictũ est, filio cõmendaret, ante omnia supplicãs monuit, fundo super altare *B. Petri* delegato autoritate Domini Apostolici causã aggredi. Quod & statim facere, oportunitate accepta nõ distulit, manũ fratris sui *Chunonis* de *Horburg*, eunte cum illo pariter loci Præposito *Ebervvino* atq; hoc ab Apostolico in monumentum Monasterij datum est Priuilegium,

*Paschalis* Episcop⁹ seruus seruorũ Dei. Dilectis filiis *Beringario* & *Chunoni* Comitib⁹, Salutẽ & Apostol. bened. Piæ postulatio voluntatis effectũ debet prosequente cõpleri, quaten⁹ & deuotionis sinceritas laudabiliter eniteat, & vilitas postulata vires indubitãter assumat. Proinde filij in Christo charissimi vestris justis postulationib⁹ annuentes, allodia vestra, villã scilicet *Berchtesgademen* & *Nidernhaim* eũ õnib⁹ suis pertinetiis, quæ p remedio animarũ vestrarũ & matris vestræ, Deo

& Beato



& Beato *Petro* sub annuo censu obtulistis sub tuitione Apostolicæ sedis suscepimus. Statuimus itaque, vt nulli omnino liceat prædicta allodia Beati *Petri* subtrahere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur, pro vtilitate & sustentatione Monasterij, quod largiente Domino in eisdem allodiis ædificare vouistis. Si quis vero hanc nostræ constitutionis paginam sciens, cōtra eam temerè venire tentauerit, secundò tertiouè commonitus, si non satisfactione congrua emendauerit, sciat se omnipotentis Dei indignatione, & terribili Sancti spiritus iudicio feriendum. Datum *Laterani* VII Idus Aprilis.

Notum sit omnibus Ecclesiæ filiis tam futuris quàm præsentibus in perpetuum, qualiter Illustris Comes *Beringarius*, vnà cum vxore *Adelbeida*, ac filio *Gebehardo* tradidit in stipendium fratribus communis vitæ Ecclesiæ Beatorum *Ioannis Baptistæ & Petri* Apostoli *Berchterscademe*, quicquid ei ex hæreditate matris obuenerat in villa *Grettig*, & in *Schönberge*, & in *Grauengatten*, tam in mancipiis, quàm in possessionibus, pro remedio animæ suæ suorum parentūq; Huius rei testes sunt *Gebehardus* filius eius, *Rapoto* de *Wolfispach*, *Heinricus* de *Pärcksteine*, *Peringer* de *Todindorf*, *Cadelhoe* de *Kürchperg*, *Chuno* de *Herätisperg*, *Gerhardus* de *Egerdach*, *Heinricus* de *Schlehubin*, *Sigboto* *Maria*, *Fridericus* de *Rifaren*, *Volchnant* filius *Ludouici*. Item idem Comes piissimus tradidit prædictis fratribus omnem syluam ad locum *Grauengaden* dictum pertinentem, cum omni iure & vsu, quo ipse possederat, piscuis videlicet, piscationibus, venationibus, lignis & pratis, cultis & incultis, quæsitis & inquirendis. Tradidit nihilominus idem allodium nomine *Gebruttefruit*, videlicet quicquid in eodem loco ad ipsum ex hæreditate matris pertinebat.

Præterea iuxta castrum suum, quod appellatur *Flozen*, eidem Ecclesiæ tradidit vtilissima bona videlicet, & curtes duas, vnā *Trieuenriut*, alteram *Treuenriut* dictam, mansosq; complures, quædam eorum solo pietatis intuitu, quædam etiam lege commutationis rogatus tribuens.

Iuxta *Ratisbonensem* ciuitatem extrà muros, in loco qui dicitur *Prunleit*, tradidit idem Comes fundum cum curtis, ibi positis necessariis ædificiis bonorum omnium, quæ vsquequaque in partibus illis Ecclesia possidet, & redditus colligerentur oportuno tempore inde auferendi. Harum omnium traditionum vno eodemque factarum testes sunt, *Engibertus* Dux de *Carinthia*, *Otto* Palatinus Comes de *Wittilinespach*, *Otto* Vrbanus Comes de *Ratisbona*, *Fridericus* aduocatus *Ratisbonensis*, *Sigehardus* Comes de *Burchafen*, *Adelbertus* Comes de *Pogen*, *Rapoto* Comes de *Artenberch*, *Arnoldus* Comes de *Morifli*, *Heinricus* Comes de *Schönburch*, *Otto* de *Valey*, *Chuno* de *Megelingin*, *Wernhart* de *Ingelbach*, *Altman* de *Mollingen*, *Rapoto* de *Truna* & frater eius *Rudolfus*, *Pertholdus* de *Geryvanch*, *Albin* de *Prunin* cum duobus fratribus eius, *Adelberto* & *Wernhero*. *Hertvich* de *Winchelsalen*, & frater eius *Wernhart*.

Isti sunt termini syluæ superius dictæ pertinentis ad *Grauengadin*. Cuius initium est à riuulo qui dicitur *Diezenbach*, & inde medium fluminis quod dicitur *Sala* descendens pertingit vsque *Walruves* ad abietem scilicet illam in *Cimiterio* stantem, & inde transcendens adiacentem paludem quæ dicitur *Vilzmos*, pervenit ad villam quæ vocatur *Aneua*, vbi fontes decurrunt ad *Salzacha*, & inde ascendendo flumen pertingit ad superius *Schreinpach*, & inde vsque *Varmnekke*, & inde ascendendo vsque *Sorvalouen*, & inde vsque *Gelielsen*, & vsque ad ortum riuui qui vocatur *Chunispach*, & inde vsque *Olmisperch*, & inde vsque *Bocinsrukke*, & inde pergitur ad lacum quod situm est iuxta *Phasinsperch*, & inde per longam vallem descendendo ad *Viscuncula*.

Notum



Notum sit Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod Comes *Gebehardus de Sultzbach* per manus cuiusdam nobilis viri nomine *Willehalm de Gepinhaim* tradidit quandam aquam, quæ *Hallensis* dicitur, quartam partem in loco, qui dicitur *Vbütle* pro concambio unius mansi apud *Cholntal*, & dimidij in villa quæ vocatur *Oberndorff*. Huius traditionis testes sunt, *Otto de Wildenoyva*, *Arnolt de Plezperch*, *Harint de Nanzinruth*, *Marchvart de Gehen*, *Friedrich de Rifarn*, *Lingram* & frater eius *Chunrad de Holzhusen*, *Odelrich de Ytingin*, *Chunrad de Wolfenhouen*, *Rudiger Camerarius*.

*Fundatores huius Ecclesie, & cetera quæ ad locum istum pertinent, præter ea quæ præmissimus verè & facillima ratione licet cognoscere ex Priuilegiis & Monumentis publicis: eaq. suo ordine hęc recensebimus: deinde Catalogum Præpositorum, qui illi omnes, & quod quilibet eorum tempore fuerint subiungemus.*

## Fundatores Ecclesie Berchtesgaden.

## I.

**P**ASCHALIS, Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis filiis Berengario & Cononi, &c.

Vide supra  
pag. 132. b.

## II.

**C**ALIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis filiis *Eberquino* Præposito & eius fratribus in Ecclesia Sanctorum *Ioannis & Martini* quæ in *Saltzburgensi* pago, in loco videlicet qui *Berechgeresgaden* dicitur sita est regularem vitam professis, tam presentibus quam futuris in perpetuum, Præceptum Domini habemus intrare per angustam portam, quia angusta via est, quæ ducit ad vitam. Quia ergo vos o filij in Christo lectissimi per diuinam gratiam aspirati, mores vestros sub regulari vite disciplina coercere, & vt angustam ingredi valeatis portam communiter secundum Sanctorum patrum constitutionem, omnipotenti Domino deseruire proposuistis nos votis vestris paterno congratulamur affectu. Vnde etiam petitioni vestræ benignitatis debita impertientes assensum religionis propositum presentis priuilegij auctoritate firmamus. Statuimus enim vt nulli omnino hominum liceat vitæ Canonice ordinem quem professi estis in vestra Ecclesia commutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obsecrati sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere: quod si uicessit nulla eum Episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra Canonici ordinis tenor domino præstante vigerit. Sane juris Ecclesiastici Sacramenta à diocesano suscipietis Episcopo: Siquidem gratiam atq; communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem Sacramentorum susceptione catholicum quæ malueritis adire antistitem. Porro loci vestri aduocatum sine Præpositi & fratrum consensu aut à fundatorum hæredibus aut quibuslibet aliis occupari omnibus prohibemus. Nulli ergo omnino hominum facultas sit, prædictam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessionem auferre vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Ad iudicium autem perceptæ huius à Romana Ecclesia libertatis aureum vnum quottannis *Lateranensi* palacio persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sci-



ens contra temere venire tentauerit secūdo tertioque commonita, si non satisfactioe congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se diuino iudicio existeret de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruanti bus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Locus ✕ Plumbi. Ego Calixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum *Laterani* per manum Grifogonij sanctæ R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij VII. Id. May. Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XXII. Pontificatus autem Domini Calixti secundi PP. Anno III.

## III.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Eber-  
Iuvino* Ecclesiæ *Berchdesgadmensis* Præposito eiusque fratribus tam præsentibus quã futuris regulariter subdito edis in perpetuũ. Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequẽte compleri, quatenus & deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Verum tamẽ petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere, quorum loca in religione fundata ad jus S. R. E. specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis petitionibus clementer annuimus & præfatum beati *Petri* monasterium, in quo diuino mancipati estis officio ad exemplar prædecessorum nostrorum bo. me. *Paschalis* & *Calixti* Romanorum Pontificum sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes, vt quasunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis diximus exprimenda vocabulis. Silua quæ cellæ adiacet, *Niderheim*, *Sconenbere*, *Flozze*, & reliqua quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Gebhardus*, eidem loco dederunt. Quicquid in Orientali plaga legitime possidetis, *Tetenstete* & cætera quæ *Engelwvannus*, *Heinriens* & *Bernhardus* de *Mosa*, *Willehalmus* de *Aluba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt, *Rotehouen* cum suis pertinentiis, *Hebingen* cum cæteris quæ *Carolus* & fratres eius vobis similiter donauerunt: Ea etiam quæ *Rudolphus* de *Lungorve* eodem modo vobis contulit. Sancimus etiam vt nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam professi estis in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit, alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere: quod si discesserit nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor Domino præstante viguerit. Sane Ecclesiastica Sacramẽta à diocesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atq; communionem apostolicæ sedis habuerit, & si gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem Sacramentorum susceptione catholicum quem malueris, adire antistitem, qui nostra auctoritate quod postulatur indulgeat. Porro loci vestri aduocatiã sine Præpositi & fratrum consensu aut à fundatorum hæredibus, aut à quibuslibet aliis



aliis occupari omnimodis prohibemus. Si verò is cui commissa fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit, & secundo tertioque commonitus non emendauerit ipsum expellendi & alium idoneum loco substituendi, liberam vobis concedimus facultatem. Laborum quoque vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus aut laicus à vobis decimas exigere præsumat. Curam etiam animarum seruatorum scilicet ipsius Ecclesiæ qui intra cellam deseruiunt aut circa quam noualia excolunt cum ipsorum decimis, quemadmodum permittente Salzburgenſi Archiepiscopo hætenus habuistis, salua ipsius reuerentia de cætero vos habere concedimus. Concordiam verò litis, quæ inter vos & Bambugenses Canonicos fuerat, quemadmodum coram venerabili fratre nostro C. Salzburgenſi Archiepiscopo rationabiliter terminata est atque scripto suo firmata, ratam manere sancimus. Obeunte verò te tunc eiusdem loci Præposito vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte siue tuorum, quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel præponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati Augustini regulam canonicè ei provide rint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obſistat, nisi fuerint excommunicati: salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiæ temerè perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua Salzburgenſis Archiepiscopi canonica iustitia. Ad iudicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis, bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioque commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri IESU Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Locus plumbi appensi ✠

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ſſs.

✠ Ego Conradus Sabinensis Episcopus ſſs.

✠ Ego Albericus Hostiensis Episcopus. ſſs.

✠ Ego Stephanus Prænestinensis Episcopus. ſſs.

✠ Ego Martinus presb. Card. tit. S. Stephani. ſſs.

✠ Ego Boetius presb. Card. tit. S. Clementis. ſſs.

✠ Ego Petrus presb. Card. tit. S. Pastoris. ſſs.

✠ Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Praxedis. ſſs.

✠ Ego Otto Diac. Card. S. Georgij ad velum aureum. ſſs.

✠ Ego Vassallus. Diac. Card. S. Eustachij. ſſs.

Metrop. Salzb. Tom. II.

O 2

✠ Ego



✠ Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ de porticu. fis.  
Datum *Laterani* per manum *Geraldi* S. R. E. presbiteri Card. & Bibliothecarij  
VI. Idus Januarij, Indictione V. Anno Dominicæ incarnationis M. C. XLI. Pon-  
tificatus verò Domini PP. secundi *Innocentij* Anno XII.

## III.

**E**VGENIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis *Hugoni* Ec-  
clesiæ *Berthbergadmensis* Præposito, eiusque fratribus tam præsentib<sup>9</sup> quam  
futuris regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium quod ad religionis  
propositū & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti  
cōcedere & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Veruntamē  
petitionibus illorū ampliori charitate nos oportet intendere, quorū loca in re-  
ligione fundata ad jus S. R. E. specialius pertinere noscuntur. Ea propter dile-  
cti in Domino filij, vestris justis petitionibus clementer annuimus & præfatum  
beati *Petri* monasterium, in quo diuino mancipati estis officio ad exemplar præ-  
decessorū nostrorū felicitis memoriæ *Paschalis*, *Calixti*, & *Innocentij* Romanorū  
Pontificum sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti  
privilegio cōmunimus statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunq; bona  
eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet aut in futurum con-  
cessione Pontificum, liberalitate Regū, largitione Principum, oblatione fidelium,  
seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisq;  
successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimē-  
da vocabulis, Siluam quæ cellæ adiacet, *Niderheim*, *Sconenberg*, *Flozæ*, & reliqua  
quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Gehardus*, eidem loco dederunt. Quicquid  
in Orientali plaga legitime possidetis, *Tetensteten* & cætera quæ *Engelwranus*,  
*Heinricus* & *Bernhardus* de *Mosa*, *Guillelmus* de *Huba* & alij vicini eorum vobis ra-  
tionabiliter contulerunt, *Rotehouen* cum suis pertinentiis, *Hebingen* cum cæte-  
ris quæ *Carolus* & fratres eius vobis similiter donauerunt. Ea etiam quæ *Rodolphus*  
de *Lungorve* eodem modo vobis contulit. *Fronchouen* & cætera quæ *Wolftrigel*  
& frater eius *Tiemo* de iure suo vobis dederunt. Sancimus etiam vt nulli homi-  
num liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam  
professi estis, in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ  
facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præ-  
positi vel cōgregationis licentia de claustro discedere. Quod si discesserit nullus  
eū Episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum sine cōmunium litte-  
rarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici Ordinis  
tenor Domino præstante viguerit. Sane Ecclesiastica Sacramenta à Diocesano  
suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis  
habuerit & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat  
vobis pro eorundem sacramentorum susceptione Catholicum quem maluerit-  
is adire antistitem. Qui nostra fultus auctoritate quod postulat indolge-  
at. Porro loci vestri aduocatiā sine Præpositi & fratrum cōsensu aut à  
fundatorum hæredib<sup>9</sup> aut à quibuslibet aliis occupari omnimodis prohibemus.  
Si verò is cui commissā fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit &  
secundo tertio uè commonitus non emendauerit, ipsum expellendi & alium  
idoneum loco suo substituendi liberam vobis concedimus facultatem. La-  
borum quoque vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue  
de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino Clericus, aut Laicus à  
vobis decimas exigere præsumat. Concordiam verò litis quæ inter vos & *Bam-  
burgenses* canonicos fuerat, quæadmodū coram venerabili fratre nostro *Conrado*  
*Salzbur-*



*Salzburger* Archiepiscopo rationabiliter terminata est ratam manere sancimus. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Præposito vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel præponatur. nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam canonicè prouiderint eligendum. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati: salua tamen iustitia matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & *Salzburger* Archiepiscopi canonica iustitia. Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium aureum nobis nostrisque Successoribus annis singulis persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioque communita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini nostri Iesv Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesv Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

Locus plumbi appensi.

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sfs.

✕ Ego Conradus Sabinensis Episcopus sfs.

✕ Ego Gregorius presb. Card. tit. Calisti sfs.

✕ Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Ioan. & Pauli sfs.

✕ Ego Otto Diac. Card. tit. S. Geor. ad velum aureum sfs.

✕ Ego Guido Diac. Card. S. Cosmæ & Damiani sfs.

✕ Ego Octavianus Diac. Card. S. Nico. in carc. Tul. sfs.

✕ Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus sfs.

✕ Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli sfs.

✕ Ego Berardus Diac. Card. S. R. E. sfs.

Datum *Viterbi* per manum Roberti S. R. E. presb. Cardinalis & Cancellarij VII.

Idus Octobris, Indictione VIII, Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLV.

Pontificatus verò Domini *Eugenij* III. PP. Anno primo.

V.

**A**DRIANVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Ecclesiæ *Perthesgadmen* Præposito eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis votis annuere & ea operis exhibitione complere officium nos inuitat suscepti regiminis & ordo videtur exigere rationis. Veruntamè petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere quorum loca in religione fundata ad ius sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus & præfatam beati *Petri* monasterii



um in quo diuino mancipati estis obsequio ad exemplar prædecessorum nostrorum felicitis memorie *Paschalis*, *Calixti*, *Innocentij* & *Eugenij* Romanorum, Pontificum sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Siluam quæ cellæ adiacet & jus foresti cum cæteris quæ à lectissimo filio nostro *F. Romanorum Imperatore* pietatis intuitu vobis concessa noscuntur & eius priuilegio confirmata. *Niderheim*, *Sconenberg*, *Flozæ*, & reliqua quæ Comes *Berengarius* & filius eius *Gebhardus*, eidem loco dederunt. Quicquid in Orientali plaga legitime possidetis, *Tetensteten* & cætera quæ *Engelvvanus*, *Heinricus* & *Bernhardus* de *Mosa*, *Wilhelmus* de *Fluba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt, *Rotehouen* cum suis pertinentiis, *Hebingen* cum cæteris quæ *Carolus* & fratres eius vobis similiter donauerunt. Ea etiam quæ *Rodolphus* de *Longorve* eodem modo vobis contulit. *Fronchouen* & cætera quæ *Wolf Trigel* & frater eius *Tiemo* de iure suo vobis dederunt. Sancimus etiam vt nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam professi estis, in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obrentu sine Præpositi vel congregationis licentia de claustro discedere. Quod si discesserit, nullus eum Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici Ordinis tenor Domino præstante vigerit. Sane Ecclesiastica Sacramenta à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem sacramentorum susceptione Catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Porro loci vestri aduocatum sine Præpositi & fratrum cōsensu aut à fundatorum heredibus aut à quibuslibet aliis occupari omnimodis prohibemus. Si verò is tibi commissus fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit & secundo tertione comonitus non emendauerit, ipsum expellendi & aliud idoneum loco suo substituendi liberam vobis concedimus facultatem. Noualium quoque vestrorum, quos propriis manibus ac sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino Clericus, aut Laicus à vobis quid exigere præsumat. Concordiam verò hæc inter vos & *Bamburgē*, canonicos fuerat, quæ admodum coram venerabili fratre nostro *Conrado Salzbürgensi* Archiepiscopo rationabiliter terminata est, ratam manere sancimus. Obiunte verò te nunc eiusdem loci Præposito vel ad alterius Ecclesiæ regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorum, nullus tibi qualibet subreptionis astutia vel violentia substituatur vel præponatur, nisi quem fratres comuni consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam canonicè prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui se illic sepeliri deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati, salua tamen matricis Ecclesiæ iustitia. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro



pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis; profutura, salua sedis Apostolicæ auctoritate & *Salzburgernsis* Archiepiscopi canonica iustitia. Ad iudicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium r. aureum nobis nostrisq; successoribus annis singulis persoluetis. Si qua ergò in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ cõstitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioq; cõmonita, si non satisfactione cõgrua emendauerit potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini nostri Iesv Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eisdem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesv Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

Locus plumbi appensi ✠

Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sfs.

✠ Ego Hubaldus presb. Card. tit. S. Praxedis sfs.

✠ Ego Bernhardus presb. Card. tit. S. Clementis sfs.

✠ Ego Octavianus presb. Card. tit. S. Cæciliæ sfs.

✠ Ego Ioan: presb. Card. S. Ioan. & Pauli tit. Pamachij sfs.

✠ Ego Ildebrandus presb. Card. Basilicæ XII. Apost. sfs.

✠ Ego Otto Diac. Card. S. Georg. ad velum aureum sfs.

✠ Ego Tacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmydin sfs.

✠ Ego Boso Diac. Card. S. Cosmæ & Damiani sfs.

✠ Ego Albericus Diac. Card. S. Adriani sfs.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. presb. Cardinalis & Cancellarij III. Kal. Ianuarij, Indictione VI, Anno M. CLVII. Pontificatus verò Domini *Adriani* PP. III. Anno III.

VI.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Hugoni* Ecclesiæ *Berthbergadmensis* Præposito, eiusque fratribus tam præsentibus quàm futuris regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis votis anuere & ea operis exhibitione complere officium nos inuitat suscepti regiminis & ordo videtur exigere rationis. Veruntamen petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere, quorum loca in religione fundata ad jus S. R. E. specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis petitionibus clementer annuimus & præfatum beati *Petri* monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio ad exemplar prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ *Paschalis*, *Calixti*, *Innocentij* secundi, *Eugenij*, *Adriani*, Romanorum Pontificum sub Beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes vt quascunq; possessiones quæcunq; bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principū, oblatione fideiū, seu alijs iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quib⁹ hæc propriis duximus exprimēda vocabulis, Siluam quæ cellæ adiacet & jus foresti cum cæteris quæ à claræ memoriæ F. Romanorū Imperatore pietatis intuitu vobis concessa esse noscuntur & eius priuilegio confirmata *Niderheim*, *Geberischefurt*, *Scomnberg*, *Flozzo* & reliqua quæ Comes *Berengarivus* & filius eius *Geberhardus* eidem

o 4

loco



loco dederunt, quicquid in orientali plaga legitime possidetis *Widenbach, Haffeheim, Tetensteten* & cætera quæ *Engelrvanus, Henricus & Bernhardus de Mosa, Wilhelmus de Huba* & alij vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt. *Kotehuen* cum suis pertinentiis, *Eberberch, Hebingen* cum cæteris quæ *Carolus & fratres eius* vobis similiter donauerunt. Ea etiam quæ *Rodolphus de Longorve* eodem modo vobis contulit. *Fronehouen* & cætera quæ *Wolff Trigel* & frater eius *Tiemo* de jure suo vobis dederunt, *Hallerdorff, Nuzzedorff, Lutterbach, Gislingen, Rubelstorff, Geinge, Murheim*, & jus patronatus in Ecclesijs *Tugelsal, Teterloch, Sancti Gearij Hufen Arnoue, Tetensteten, Pombinchen* cum possessionibus & pertinentiis suis. Sancimus etiam vt nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum beati *Augustini* regulam professi estis in vestra Ecclesia immutare. Nemini etiam professionis vestræ facultas sit alicuius leuitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Præpositi & congregationis licentia de claustro discedere: quod si discesserit, nullus eum Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium literarum cautione suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor Domino præstante vigerit. Sane Ecclesiastica sacramenta à Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam atque communionem sedis Apostolicæ habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem Sacramentorum susceptione catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur impendat. Porro loci vestri aduocatum sine Præpositi & fratrum consensu aut a fundatorum hæredibus, aut à quibuslibet alijs occupari omnimodis prohibemus. Si verò is cui commissæ fuerit eidem Ecclesiæ grauis aut inutilis apparuerit & secundo tertioque commonitus non emendauerit, ipsum expellendi & alium idoneum loco suo substituendi liberam vobis concedimus facultatem. Noualium quoque vestrorum quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum nullus omnino clericus ac laicus à vobis decimas exigere præsumat. Concordiam verò litis quæ inter vos & *Bamburgenses* Canonicos fuerat, quemadmodum coram bonæ memoriæ *Conrado Salzbürgen* Archiepiscopo rationabiliter terminata est, ratam manere sancimus. Obeunte verò tunc eiusdem loci Præposito, vel ad alterius regimen Ecclesiæ transeunte, siue tuorum quolibet successorum nullus tibi qualibet subreptionis astutia seu violentia substituatur vel proponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilij secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam Canonice prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum qui sepeliri illic deliberauerint extremæ voluntati & deuotioni nullus obstat, nisi fuerint excommunicati vel nominatim interdicti, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & *Salzbürgen* Archiepiscopi canonica iustitia. Ad indicium autem huius à sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium vnū aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis perfoluetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum cõgrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à



& à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura seruantibus sit pax Domini nostri IESU Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Locus plumbi ✠

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ffs.

✠ Ego Petrus Portuensis & S. Rufinæ Episcopus ffs.  
 ✠ Ego Ioannes Sabinensis Episcopus. ffs.  
 ✠ Ego Nicolaus Tusculanensis Episcopus. ffs.  
 ✠ Ego Guido Prænestinus Episcopus. ffs.  
 ✠ Ego Conthius tit. S. Laurentij in Lucina presb. Card. ffs.  
 ✠ Ego Concinius S. Ioan. & Paul. presb. Card. tit. Pamachij ffs.  
 ✠ Ego Leo tit. S. Crucis in Ierusalem presb. Card. ffs.  
 ✠ Ego Rogorius tit. S. Anastasiæ presb. Card. ffs.  
 ✠ Ego Gregorius S. Georij ad velum aureum Diac. Card. ffs.  
 ✠ Ego Ioannes S. Mariæ in via lata Diac. Card. ffs.  
 ✠ Ego Guala S. Mariæ in porticu Diac. Card. ffs.  
 ✠ Ego Pelagius S. Lucie ad \* solis Diac. Card. ffs.  
 Datum *Laterani* per manum Ioannis S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card. S. R. E. Cancellarij XVII. Cal. Ianuarij, Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ, anno M. CCVIII. Pontificatus verò Domini *Innocentij* PP. III. Anno XII.

VII.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati de *Mansé* Archipresbitero de *Grusen* & Decano de *Laißen* *Salzburgernsis* diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Lecta nobis dilectorum filiorum fratrum *Berthesgadenensis* Cænobij conquestio patefecit, quod C. miles *Salzburgernsis* diocesis compellens ipsorum homines secularia subire iudicia antiquo jure ipsorum Ecclesiæ derogando contra iustitiam infert eis molestias & grauamen. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictum militem vrab ipsorum molestatione indebita conquiescat, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota cogatis. Nullis lictis veritati & iustitiæ præjudicantibus à sede Apostolica impetratis. Quod si nõ omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrũ ea nihilominus exequantur. Datum *Rome* apud S. *Petrum* XII. Cal. Maij. Pontificatus nostri anno nono.

VIII.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo *Brixinensi* & dilectis filiis Abbati de *Seruchen* & Archipresbitero de *Gruga* *ve Salzburgernsis* diocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filij Capitulum *Berthesgadenensis* Cænobij, sua nobis querimonia declarant, quod venerabilis frater noster *Salzburgernsis* Archiepiscopus quoddam prædium quod nobiles vir C. de *Melingis* pro damnis, quæ præfato monasterio intulerat, eidem in vltima voluntate legauit, contra iustitiam distulit assignare. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiat causam, & appellatione remota sine debito terminetis facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui



qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint simili districtio-  
ne, appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si  
non omnes his exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nihilominus exe-  
quantur. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* XII. Cal. May, Pontificatus no-  
stri anno nono.

## IX.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Præposito  
& Canonicis *Berthsgadmen*, salutem & Apostolicam benedictionem. Licet  
olim inter *Salzburgensem* Ecclesiam & Canobium vestrum super *Salina* apud  
*Toual* questio mora & deducta in audienciam coram bon. memoriæ *Al. Salzbur-*  
*gensis* Archiepiscopo ex tenore facti per Ecclesiæ vestræ & alterius Præpositos  
compromissi ab eodem Archiepiscopo per panam ab vtraque parte arbitrio  
constituto sub tali forma fuerit postquam solenniter terminata quod Archie-  
piscopus vnam partem, capitulum *Salzburgense* aliam, vos autem tertiam habe-  
retis: tamen vestro procuratore & *Salzburgensi* Præposito in nostra præsentia  
constitutis, idem Præpositus *Salzburgensis* Ecclesiæ nitebatur per restitutionis  
beneficium sopitam discordiam iterum excitare. Cum autem Ecclesiæ ves-  
træ procurator se ipsi opponeret aduersarium, vtrique parti dilectum filium  
nostrum *Guid. tit. S. Mariæ trans tyberim* presbyterum Cardinal. concessimus au-  
ditorem, coram quo cum esset inter eos aliquandiu disputatum veritate sibi ne-  
gotij plenius patefacta nobis ea quæ partes in sua præsentia duxerant propo-  
nenda retulit fideliter & prudenter. Cum autem per eius relationem nos facti  
certitudinem haberemus, habito fratrum nostrorum consilio, præfatum arbi-  
trium quod à partibus receptum extitit & seruatum, decernimus inuiolabiliter  
obseruandum. Datum *Rome* apud *S. Petrum* VI. Cal. May, Pontificatus nostri an-  
no nono.

## X.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri  
Episcopo & dilectis filiis Scholastico *Frisingen* & plebano in Conuen. *Frisingen*.  
dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Suam ad nos dilecti filij Præposi-  
tus & Capitulum *Berthsgadmens.* querimoniam destinarunt quod Præpositus &  
Capitulum *Salzburgen* eos censu cuiusdam foresti ac rebus aliis cõtra iustitiam  
spoliarunt. Ad hæc procurator prædictorum Præpositi & Capituli *Salzburge.*  
proposuit &c. quod minime eodem censu spoliarunt eosdem, imo idem Præpo-  
tus & Capitulum *Berthscamen Salzburgen.* dioc. eis super eodem foresto ad eos de  
jure spectante iniuriosi sunt plurimum & molesti illud cõtra iustitiam vsurpan-  
tes. Adiecit præterea procurator prædictus quod præfati Præpositus & Capitulum  
*Berthscamen.* super Archidiaconatu *Salzburgen.* & rebus aliis appellatione con-  
tempta quæ ab vtraq; parte ad sedem Apostolicam fuerat interposita contra ip-  
sos apud nobile virum ducẽ *Austriæ* iniustam deposuere querelam ipsosq; mul-  
tipliciter molestando fecerunt quod totum vinum eorum de vno anno in ipsi-  
us fuit Ducis terra detentum in ipsorum graue dispendium & grauamen. Quia  
verò nobis non constitit de præmissis, discretionis vestræ per Apostolica scripta  
mandamus quatenus euocatis qui fuerint propter hoc euocati & auditis hic in-  
de propositis quod iustum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes  
quod decreueritis per cõsuram Ecclesiasticam firmiter obseruari, nullis litteris  
veritati & iustitiæ præiudicantibus à sede Apostolica impetratis. Quod si non  
omnes his exequendis potueritis interesse, tu frater Episcopo cum eorum altero  
ea nihilominus exequaris. Datum *Rome* apud *S. Petrum* II. Non. Martij, Pontifi-  
catus nostri anno decimo.

INNO-



## XI.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis de inferio-  
ri *Alta* & de *Rota* Abbatibus & Fr. Plebano de *Innechouen Pataviens.* & *Frisingens.*  
Diocæsis. Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram  
Præposito ac fratribus *Pertsegadmens.* cōquerentibus est delatum, quod Præpo-  
situs & Canonici *Salzburgens.* super possessionibus & rebus aliis damna eis gra-  
uia & iniurias intulerunt, & adhuc inferre non cessant. Quocirca discretioni  
vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus partibus conuocatis audia-  
tis hinc inde proposita, & quod iustum fuerit, appellatione postposita, statuatis  
facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Te-  
stes autem (& cætera) vt supra. Datum *Laterani* V. Non. May. Pontificatus nostri  
anno decimo.

## XII.

**I**NNOCENTIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Præposi-  
to & Capitulo *Pertsegadmens.* Salutem & benedictionem. Solet annuere sedes  
Apostolica piis votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum im-  
pertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus incli-  
nati, concessionem super libera iurisdictione secularium personarum infra ter-  
minos in vestris privilegiis comprehensos degentium, quam claræ memoriæ  
*Heinric.* Imperator Ecclesiæ vestræ fecit ac charissimus in Christo filius *Otto* suc-  
cessor illius postmodum confirmavit, prout in eorum autentico plenius conti-  
netur sicut piè ac prouidè facta est vobis & per nos eidem Ecclesiæ autoritate  
Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli  
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,  
indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ei-  
us se noverit incursum. Datum *Laterani* XIV. Cal. Ianua. Pontificatus nostri  
anno duodecimo.

## XIII.

**H**ONORIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis *Salzburgens.*  
& *Garfens.* Præpositis Dioc. *Salzburgens.* & Decano *Salzburgens.* Salutem &  
Apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum Præpositi & Ca-  
pituli *Bertegesmens.* recepimus continentem quod *Vlricus* Clericus de *Aichen*  
*Ratisbonens.* Dioc. super Ecclesia eorum de *Pubenchirchen* & rebus aliis  
eisdem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quate-  
nus partibus conuocatis audiatis causam, & cæt. Datum *Romæ* apud *S. Petrum*  
XI. Cal. Iunij, Pontificatus nostri anno tertio.

## XIII.

**G**REGORIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Ec-  
clesiæ *Bercherecadmensis* Præposito, eiusq; fratribus tam præsentibus quam  
futuris regulariter substituendis in perpetuū. Religiosis votis annuere & ea operis  
exhibitione complere, officium nos inuitat suscepti regiminis & ordo videtur  
exigere rationis. Veruntamen petitionibus illorū ampliori charitate nos oportet  
intendere, quorum loca in religione fundata ad ius sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ  
specialius pertinere noscuntur. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis  
postulationibus clementer annuimus, & præfatum beati *Petri* Monasterium  
in quo diuino mancipati estis obsequio ad exemplar prædecessorū nostrorum  
felicis



felicis memorie Paschalis, Calixti, Innocentij secundi, Eugenij, Adriani & Innocentij tertii Romanorum Pontificum, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. Statuentes vt quascunq; possessiones, quecunq; bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda. Siluam quæ cellæ adiacet & jus Foresti cum cæteris (vt supra in priuil. Adriani Papæ & aliorum de verbo ad verbum.) Sane ecclesiastica sacramenta à diocæsano suscipietis Episcopo, siquidem gratiam & communionem apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem sacramentorum susceptione Catholicum quæ malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulabatur indulgeat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina summa officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Porro loci vestri & omnium prædiorum vestrorum aduocatum & cæter: (vt supra in aliis priuil. iisdem formalibus verbis continetur.) Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere. (& cæter.) Ad iudicium autem huius à sede Apostolicâ perceptæ protectionis bizantium vnum aureum nobis nostrisq; successoribus annis singulis persolueris. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo tertioq; commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existeret de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat atq; in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

Locus plumbi pendens ✠

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sfs.

✠ Ego Thomas tit. S. Sabinae presb. Card. sfs.

✠ Ego Bartholomæus S. Potentianæ presb. Card. tit. pastoris sfs.

✠ Ego Sigenbaldus tit. S. Laurentij in Lucina presb. Card. sfs.

✠ Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card. sfs.

✠ Ego Reinerus S. Mariæ in Cosmedin. Diac. Card. sfs.

✠ Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Card. sfs.

✠ Ego Ramaldus S. Eustachij Diac. Card. sfs.

✠ Ego Otto S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. sfs.

*Realin,* Datum Reat. per manum Martini S. R. E. Vice Cancellarij VI. Idus May, Indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno M. CCXXVIII. Pontificatus vero Domini Gregorij PP. VIII. anno II.

XV.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Decano & Thesaurario Salzburgensib; & Priori de Ratenhaslach, Salzburgens. Dioc. Salutem & Apo-



& Apostolicam benedictionem. Præpositus & Capitulum de *Persgaden* sua nobis conquestione monstrarunt, quod H. miles de *Ramsaue Frisingen*. Dioc. eis super villa de *Windepach* & aliis eorum possessionibus damna graua & iniurias irrogauit. Ideoq; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis causam, & appellatione remota, sine debito terminetis facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, & cæt. Datum *Laterani VII. Cal. Nouem. Pontificatus nostri anno primo.*

## XVI.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præposito & Capitulo Ecclesiæ de *Berchtesgadine*, ord. S. *Augustini* Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æqualitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu hospitale à *Ellingen* vobis à clara memoriæ *Friderico* & *Henrico* Romanorum Imperatoribus fundatoribus eius pia liberalitate collatum, prout in eorum literis dicitur plenius contineri: sicut illud iuste ac pacifice possidetis vobis, & per nos Ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere & cæt. Dat. *Reat. VI. Non. May*, Pontificatus nostri anno secundo.

## XVII.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Abbati de *Serffen*, Præposito de *Chemsee*, Decano de *insula monialium Salzburgen*. Dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filij Præpositus & Capitulum *Berthescamens*, nobis conquerendo monstrarunt quod *Conradus* & quidem alij *Frisingen*. Dioc. in H. eorum Canonicum Dei timore postposito manus iniicientes temere violentas ei quosdam equos & res alias contra iustitiam abstulerunt, alias ei damna graua & iniurias irrogando. Ideoq; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si de iniectioe manuum vobis constiterit violenta dictos sacrilegos tam diu, appellatione remota excommunicatos publice nunciatis & faciatis ab omnibus arctius euitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter, & cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem venerint Apostolicam absoluendi. Super aliis vero partibus conuocatis audiatis causam & appellatione remota, sine debito terminetis facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore, subtraxerint per censuram eandem appellatione remota & cæt. Dat. *Reat. V. Cal. May*. Pontificatus nostri anno secundo.

## XVIII.

INNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præposito & Conuentui Ecclesiæ *Perthesgadmen*. Ord. S. *Augustini* *Salzburg*. Dioc. ad Roman. Ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æqualitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum producat effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus gratia concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Pontificibus Romanæ Ecclesiæ vestræ concessas; nec non



libertates & exemptiones secularium exactio-  
num à Regibus & Principibus vel  
aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica con-  
firmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino  
hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu te-  
merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem  
omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum eius se noverit in-  
cursum. Datum *Neapoli* VIII. Cal. Decembris, Pontificatus nostri anno duo-  
decimo.

## XIX.

**A**LXANDER Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Præpo-  
sito Ecclesiæ S. *Petri de Berthsgaden*, ord. S. *Augustini Salzburgen*, dioc. Salu-  
tem & Apostolicam benedictionem. Cum in Prælatorum ornatu decoro Ec-  
clesiæ decorentur, & ipsorum maioritas verius attendatur, in eorum honorifi-  
centia grandiori quandoque Romanus Pontifex ipso præuenit priuilegio gra-  
tiæ singularis. Ut igitur eo gratiosior habearis, quo potioribus offerri cogno-  
ueris, apostolicæ sedis donis ac Ecclesiæ S. *Petri de Berthsgaden*, utpote Ro-  
manæ Ecclesiæ censuali ut asseris, quam gaudere volumus prærogatiua gratiæ  
specialis in Prælati sui decencia iocundetur utendi mitra & annulo ac sandalijs  
tibi tuisque Successoribus auctoritate præsentium liberam concedimus facul-  
tatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis  
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-  
sumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apo-  
stolorum eius se noverit incursum. Datum *Neapoli* II. Idus Ianuarij, Ponti-  
ficatus nostri anno primo.

## XX.

**G**REGORIVS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Præposito  
& Conuentui Monasterij de *Perthesgaden*, ordinis S. *Augustini, Salzburgen*,  
dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostoli-  
ca his votis & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impartiri. Ea  
propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurren-  
tes assumpsit omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Ro-  
manis Pontificibus, siue per priuilegia, seu indulgentias alias vobis seu mona-  
sterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio-  
num à Regibus & Principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis &  
monasterio prædicto indultas sicut eas pacificè ac justè obtinetis vobis, & per  
vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, (& cæ. ut supr.  
num. 8. *Innocentij* PP.) Datum *Lugduni*. Idus Maij, Pontificatus nostri anno ter-  
tio.

## XXI.

**C**LEMENS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Abbati Mona-  
sterij in *Tegernsee, Frisingen*, dioc. Salutem & Apostolicam benedictionem.  
Conquesti sunt nobis dilecti filij Prepositus & Conuentus Monasterij *Berchtes-  
gaden*, per Prepositum soliti gubernari, ord. S. *Augustini, Salzburgen*, diocesis,  
quod *Syfridus* dictus *Fraunberger*, & *Thomas* dictus *Frauenberger* loci *Frisingen*, dio-  
ces. super terris, debitis, possessionibus, & rebus aliis injuriantur eidem. Ideo-  
que discretionis tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus con-  
uocatis, audias causam, & appellatione remota, debito fine decidas, faciens quod  
decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui  
fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint censura simili ap-  
pellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Auinion*,  
III. Cal. Nouemb, Pontificatus nostri anno nono.

## XXII.



## XXII.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo *Augusten.* Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filij Præpositus & Cōuentus monasterij *Berthesgaden.* per Præpositum soliti gubernari, ordinis *S. Augustini Salzbürgen.* dioc. quàm prædecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, giringias, possessiones, iura, jurisdictiones, & quædam alia bona ipsius monasterij, datis super hoc litteris confectis & inde publicis instrumentis interpositis juramentis, factis renuntiationibus, & pœnis adiectis in grauem ipsius monasterij læsionem, nonnullis clericis & laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicum tempus, & alius perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorū aliqui dicuntur super his confirmationis literas in forma comūni à sede Apostolica impetrasse. Quia verò nostra interest super hoc de oportuno remedio prouidere, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipsius monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicite vel distracta, non obstantibus literis, instrumentis, juramentis, renuntiationibus, pœnis, & confirmationibus supra dictis, ad jus & proprietatem eiusdem monasterij legitime reuocare procures. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, & cæt. Datum *Auinionis* III. Cal. Iunij, Pontificatus nostri anno X.

## XXIII.

GREGORIUS Episcopus Seruus Seruorum, dilectis filiis Præposito & Cōuent. monasterij in *Berchescaden.* Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus siue per privilegia seu alias indulgentias vobis & monasterio vestro concessas nec non libertates & exactiones à Regib⁹ & Principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & monasterio prædicto indultas, sicut eas iuste & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere & cæt. Dat. *Roma* ad Sanctum Petrum II. Non. Aprilis, Pontificatus nostri anno VII.

## XXIV.

MARTINUS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præposito Ecclesiæ *Frisingen.* Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum Præpositi & Cōuentus monasterij in *Berchestagaden.* ordinis *S. Augustini.* per Præpositum soliti gubernari, *Salzbürgen.* dioc. precibus inclinati, præsentium tibi auctoritate mandamus quatenus ea quæ de donis ipsius monasterij alienata inueneris, vel distracta ad jus & proprietatem dicti monasterij legitime reuocare procures. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Dat. *Mantue* XVI. Cal. Febr. Pontificatus nostri an. 2.<sup>do</sup>

## XXV.

MARTINUS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Præposito Ecclesiæ *S. Viti* extra muros *Frisingen.* Salutem & Apostolicam benedictionem.

*Métrop. Salub. Tom. II.*

R 2

Ad



Ad audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filij, Præpositus & conuentus monasterij in *Berchtesgaden*, ordinis S. Augustini per Præpositum soliti gubernari *Salzburgen*. dioc. quam prædecessores eorum qui fuerunt pro tēpore, census, decimas, redditus, terras, domos, vineas, possessiones, grangias, piscarias, castra, casalca, prata, pascua, stagna, lacus, nemora, molendina, officia, thelonia, vada, iura, iurisdictiones, & quædam alia bona ipsius monasterij datis super his litteris exinde publicis instrumentis, interpositis, iuramentis factis renunciationibus, & pœnis adiectis ad grauem ipsorū Præpositi & Conuentus monasterij læsionem nonnullis clericis & laicis aliquibus tempus, &c. (vt supra nom. de verbo ad verbum) Datum *Florentia* VIII. Calend. Februar; Pontificatus nostri anno 3.

## XXVI.

**N**ICOLAUS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui Monasterij S. Petri in *Perchtersgaden*. salutem & apostolicam benedictionem, Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes ad sensu vestras personas & loca in quibus diuinis estis obsequiis mancipati cum omnib. bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis & in futurum iustis modis præstante domino poteritis adipisci sub beati Petri protectione suscipimus atq; nostra omnesque libertates & immunitates à prædecessorib. nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia & alias indulgentias nobis & dicto monasterio concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principib. aut aliis Christi fidelib. vobis & eidem monasterio rationabiliter indultas, specialiter autē decimas, terras, piscarias, possessiones, domos, prata, pascua, & alia bona ad dictum monasterium spectantia, sicut ea omnia iuste & pacificè possidetis, vobis & per vos eidē monasterio auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio priuilegio comunimus, salua in prædictis decimis moderatione cōcilij generalis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginā nostræ confirmationis & commonitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Romæ* apud S. Petrum anno incarnationis Millesimo quadringentesimo, quinquagesimo tertio, Calēd. Ianuar. Pontificatus nostri anno quarto.

## XXVII.

**N**OS Ioannes Dei & apostolicæ sedis gratia Abbas monasterij *Mellicensis* ad eandem sedem nullo medio pertinentis, *Patauien*. dioc. recognouimus per præsentis litterarum S<sup>m</sup>i in Christo Patris & DD. nostri DD. *Calixti* diuina prouidētia Pape tertij eius vera bulla plūbea in cordula rubei croceiq; coloris more Romanæ curiæ impenden. bullatam nobis fuisse exhibitā rogatisq; perattente quatenus eandem conspicerē & perlegere eiusque nostræ considerationis dare recognitionem & transumptum & vidimus pie ac fideliter dignaremur. Nos igitur precib. huiusmodi utiq; iustis pariter & rationabilib. deuotē annuentes ante prolatā litteram sanam & integram non vitiatā, non cancellatam, neq; in aliqua sui parte suspectam conferimus: quam quidem transumi fecimus eo modo de verbo ad verbum, Cuius tenor sequitur & est talis,

**C**ALIXTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,  
Et



Et si cunctis personis atq; locis ecclesiasticis ne indebitis molestiis agitentur defensionis presidio assistere teneamur, illis tamē specialius & efficacius adesse nos conuenit qui sub suauī contēplationis iugo alūssimo famulantes & sub speciali beati *Petri* & apostolicæ sedis protectione existentes, eidē sedi in signū subiectionis ac defensionis huiusmodi præstatione annui census obnoxij fore dignoscuntur. Sane pro parte charissimi in Christo filij nostri *FridERICI* Romanorū Imperatoris semper Augusti nobis fuit expositū, quod licet monasteriū *S. Petri in Berchtersgaden* Ordinis *S. Augustini* Canonici Regulariū *Salzburgē*. dioc. quod ab eiuſdē Imperatoris prædecessoribus Romanorū Regibus & Imperatoribus de bonis & redditibus Imperij solemniter ac magnificē dotatum fuit in huiusmodi suæ erectionis primordio sub *B. Petri* Apostolicæ sedis protectione specialiter receptum & ab omni iurisdictione ordinarū apostolicæ Cameræ adhuc hodie inter alia exemptū & censuale censumq; huiusmodi retroactis in signū huiusmodi subiectionis semper temporib; continuo persoluisse reperitur. Quia tamē dictū monasteriū à certis aāis vltra in huiusmodi sua primæua fundatione, & libertate nō permansisse sed in aliena potius hoc est Archiepiscoporū *Salisburgen*. potestaté & subiectionē redactum fuisse comperitur, præsertim ab eo tempore, circa quod quidā *Peregrinus* Archiepiscopus *Salisburgen*, illud anteq; plures annos sibi ac suæ mensæ Archiepiscopali à sede apostolica vniri & incorporari obtinuerat, cuius incorporationis prætextu idem Archiepiscopus & sui successores præfatū monasterium cum omnib; suis priuilegiis, iurib; redditibus, & pertinentiis aliquamdiu in sua potestate tenuerunt & habuerūt, quousq; vniō & incorporatio huiusmodi apud sedē apostolicā per quendam Præpositum tunc existentē fuerunt iusticia mediante retractata & nihil? huius etiā occasione differentia præfatū monasterium post longas tribulationes & guerras quas pro huiusmodi libertate ac bonorū & reddituū suorum recuperatione perpeſsum est per viā transactionis & concordiaē inter Archiepiscopum & Præpositum pro tempore exilientes & eorum capitula tunc factas in quadam magna & notabili sumā pecuniarum remansit obligatum, propter quod certa ipsius bona, redditus & introitus fuerunt dicto Archiepiscopo & suis successorib; certis modis impignorata, quæ ijdē Præpositus & Capitulum ab eo tempore circa nequaq; in integrum recuperare, neq; etiam se se in huiusmodi exemptionis ac libertatis statu & quasi possessione quemadmodū manutenerē potuerunt. Modo cum dilecti filij *Bernhardus* Præpositus, Decanus, & capitulum eiusdem monasterij pro recuperatione dictorum bonorū & reddituū plurimū intenti existant, & ob hæc in presentiarū tam hic in nostra quā dicti Imperatoris curia cum venerabili fratre nostro *Sigismundo* Archiepiscopo *Salzburgensi* diuersis litigijs & questionibus sint inuoluti timeantq; ex hoc à jam dicto Archiepiscopo suisq; successoribus & eorū Officialibus indebitē molestari in tantum quod sua & dicti monasterij iura, redditus, & libertatem eō minus requirere valeant pariter & defensare, præsertim cum supradicta exemptionis & libertatis priuilegia quæ ipsi & eorū prædecessores ab apostolica Sede super hoc habuisse dignoscuntur in dicti monasterij status & libertatis suppressione distracta atq; deperdita esse præsumantur. Quare nobis pro parte ante dicti Imperatoris fuit humiliter supplicatum, quatenus prædicti monasterij ac personarū illius statui super præmissis de benignitate apostolica oportune prouidere & ea seu eas præmissorum occasione à præfati Archiepiscopi ac suorum successorum & Officialium iurisdictione de nouo eximere, & per literas nostras gratiosē priuilegiare dignaremur.

Nos igitur præmissis omnibus & singulis diligenter consideratis & præsertim

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

P. 3

atten-



attendentes quod dictum monasteriū in Registris exemptorū Cam<sup>æ</sup> Ap<sup>æ</sup> ac censum eiusdem quæ accurate videri & inspicere fecimus, & sit nobis per dilectū filium *Lodovicum* tit. *S. Laurentij in Damaso* presbyterum Cardinalem *Cameranum* nostrum de super facta plena fides specialiter insertum atque designatum reperitur, censumque huiusmodi eidem monasterio impositum, & nobis ac Romanæ Ecc<sup>æ</sup> debitum prædecessoribus nostris semper dicantur persoluisse: præfati etiam Imperatoris suæ & Imperij in hoc non mediocriter interesse prætendentis, utpote in quo dicti monasterij temporalitates & regalia quib. ab eodem Imperio est dotatū & fundatum tanq. bona feudalia dependere & à Prælati eiusdem monasterij à dicto Imperatore & suis antecessorib. recognita ab ipsis quoque de eisdē in uestiti fore dignoscuntur precibus & instantia inclinati exemptionem ac subiectionem huiusmodi, si qua antiquitus fuisse dignoscitur auctoritate apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus, approbamus, & iuribus subsistere decernimus, nec non pro potioris cautelæ suffragio monasterium prædictū, vna cum altero monasterio monialiū & hospitali dicto priori monasterio annexis, ac Præpositum, Conuentus, moniales, personas, & alia huiusmodi cum omnibus eorum membris, bonis mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris ab omni iurisdictione, dominio & potestate Archiepiscopi *Salzburgen*: nunc & pro tēpore existentis, nec non quorumcumq. aliorum iudicum ordinariorū, eorumq. vicariorū & officialium penitus & omnino auctoritate & supradictis de nouo eximimus, & liberamus, ac sub *B. Petri* protectione suscipimus atq. nostra ita quod Archiepiscopus ordinarius & alij quicūque, etiam ratione delicti contractus res vbicunq. comittatur, delictum iniatur, contractus aut res ipsa consistat, nullam in eos & ea, tanquā prorsus exemptos ex exempta, iurisdictionem, dominium, potestatem, seu superioritatem aliquam exercere aut excommunicationis, suspensionis, vel interdicti seu alias sententias promulgari possint quoquo modo decernentes ex nunc omnes & singulos processus, sententias, censuras, & pœnas, quos & quas in Præpositum & Conuentus Priorissam, moniales, personas, monasteria, hospitale & membra huiusmodi haberi & promulgari nec non totum, & quicquid secum à quoquā, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irrita & inania nulliusq. existere firmitatis. Non obstantib. felicis recordationis Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri circa exemptos quæ incipit volentes & alius apostolicis constitutionib. cæterisq. contrariis quibuscunq. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, exemptionis, deliberationis, susceptionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Rome* apud *S. Petrum*, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Cal: *Octob.* Pontificatus nostri anno primo. In quorum omnium & singulorum robur euidensque testimonium præmissorū Nos *Ioannes* Abbas præfatus præsens transumptum, quod alias *Vidimus* dicitur, fecimus, & illud nostri sigilli maioris sub appensi munitione comuniri. Datum in prædicto nostro monasterio *Mellicen.* 20. die mensis Augusti 1457.

XXVIII.

**SIXTUS** Episcopus Servus Seruorum Dei. Dilectis Præposito & Conuentui Monasterij *S. Petri in Berchtergaden.* per Præpositū soliti gubernari, Ord. *S. Aug. Salzburgensis* dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu



ſenſu perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetiſ, aut in futurum iuſtis modis præſtante domino poteritiſ adipiſci ſub B. Petri protectione ſuſcipimur atque noſtra; omnes quoque libertateſ & immunitateſ à prædeceſſorib. noſtris Romanis Pontificib. ſiue per priuilegia vel alia indulta vobiſ & monaſterio veſtro conſeſſaſ, nec non libertateſ & exemptioneſ ſecularium exactio- num à Regib. & Principib. ac aliis Chriſti fidelib. vobiſ & eidẽ monaſterio ra- tionabiliter indultaſ; ſpecialiter autẽ decimeſ, primitiaſ, cenſuſ, fruõtuſ, reddi- tuſ, terrateſ, piſcariateſ, campoſ, molendina, iura, iuriſdictioneſ, aliaq; mobilia & im- mobilia bona ad dictũ monaſterium legitime ſpectantia, ſicut ea omnia iuſtẽ & pacificẽ poſſidetiſ vobiſ & per vob. eidẽ monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamur, & præſentis ſcripti patrocinio communimur. Salua in prædictiſ decimiſ moderatione Concilij generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrẽ confirmationiſ & communitiõniſ infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quiſ autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ei. ſe nouerit in- curſurum. Datum *Rome* apud S. Petrum, anno Incarnatiõniſ dominicẽ 1486. Non: Octobriſ. Pontificatuſ noſtri anno decimo.

## XXIX.

GREGORIUS Epicoſopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei me- moriam, omnium ſaluti paterna charitate intenti inter tam multa pietatiſ officia, quẽ noſ pro munere noſtro conuenit exercere ſacra interdum loca ſpe- ciali priuilegio inſignimur, vt inde fidelium animarum ſaluti amplius conſu- latur. Quocirca vt Eccleſia monaſterij loci *Bertergaden.* ordinis S. *Auguſtini* Ca- nonicorum regularium *Salzburgen.* dioc. duodecim vt minimum Canonicoꝝ, ſa- cerdotum ibi jugib. ſacrificiis domino ſamulantium numero referta, nec ſi- mili uſque adhuc priuilegio decorata, & in ea altare S. *Cruciſ* quod non eſt ma- ius hoc ſpeciali dono illuſtretur auctoritate nobiſ à domino tradita concedi- mur, vt quorieſ ab aliquo dictæ Eccleſiæ ſacerdote duntaxat, miſſa defunõto- rum ad prædictũ altare celebrabitur, pro anima cuiuſcunq; fidelis quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, ipſa de theſauro Eccleſiæ indul- gentiam conſequatur, quatenus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatiffimẽ Vir- ginis Marię, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli aliorumq; Sanõtorum om- nium menteſ ſuffragantibuſ à purgatoriij pœniſ liberetur. Datum *Rome* apud ſanõtum Petrum, anno Incarnatiõniſ dominicẽ 181. decimo Cal. Apriliſ, Pon- tificatuſ noſtri anno decimo.

## XXX.

GREGORIUS PP. xiv. Dilecti filij ſalutem & apoſtolicam benedictio- nem. Expoſcit tuę deuõtionis ſinceritateſ & religioniſ promeretur honeſtaſ, quod & te qui Princeps Imperij exiſtiſ, quemque ſpeciali dilectione proſequi- mur, & monaſterium prædictũ digniſ honoribuſ attollamur. Ne itaque con- tingat iuniorẽ tuũ monaſterij Canonicõſ huc & illuc cum periculo cauſa ſuſci- piendi minoreſ ordineſ vagari, prouidere volenteſ tuiſ in hac parte ſuppli- cationib. inclinati, ac de conſilio venerabilium fratruũ noſtroruũ S. R. E. Cardinaliuũ ſuper regularium reformatione deputatorum, quibuſ hoc negotium examina- dũ madauimur, tibi duntaxat vt oẽſ & ſinguloſ prædicti monaſterij iuniorẽ ca- nonicoſ aliã ad idoneoſ ad quatuor minoreſ ordineſ promouere ſeu eoſ il- liſ cõferre, nec nõ corporalia & alia ornamenteſ altarium ac quẽcunq; paramẽ- ta ſacerdotalia benedicere liberẽ & licitẽ valeaſ ac ſi munuſ benedictioniſ ſuſ- cepiſſeſ apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiã & facultateſ conce- dimur. Non obſtantibuſ quibuſcuſ conſtitutionib. & ordinatiõnib. apoſtolicis cõteris-



ceterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum *Roma* apud Sanctum *Petrum* sub anulo Piscatoris die XII. May. M. D. LXXXII. Pontificatus nostri anno X.

### Solutio exemptionis Apostolicae.

XXXI.

**I**N nomine Domini Amen. Anno à Natiuitatis eiusdem 1419. Indictione duodecima, die verò octaua mensis Aprilis, Pontificatus Ser<sup>m</sup>i in Christo Patris & Domini nostri, Domini Martini diuina prouidentia Pape quinti, anno secundo. Coram venerabili Patre Domino *Petro* Preposito in *Berchtersgaden* *Salzburgen*. dioc. meique Notarij publici & testium infra scriptorum presentia personaliter constituti, prouidi & discreti viri *Heinricus Reichenbach*, & *Nicolaus Amman* nunciij & factores nobilis domini *Havvpponis* sacri Romani Imperij Marscalci ad infra scripta per Serenissimum Principem dominum *Sigismundum* Romanorum Regem & executores eidem Regi occasione decimarum per dictum dominum nostrum Papam concessarum à sede apostolica specialiter deputati producentes litteras sigillo præfati Marscalci roboratas, quarum tenor per omnia sequitur in hæc verba. *Ich Haupt zu Wappenheim des heiligen Römischen Reichs Erbmarschalch/ Bekenn hiemie offentlich mit dem Brieff/ze.*

Post quarum quidem litterarum exhibitionem prænominati nunciij requisierunt supradictum D. *Petrum* Præpositum in *Berchtersgaden* ut supradictas decimas nomine præfati D. Regis ipsius nuncijs ad hoc ante dictorum domini Regis & Marscalci specialia mandata habentib. traderet & assignaret offerentes se ad quietandum & liberandum & eius conuentum eundem dominum *Petrum* præpositum de solutione huiusmodi decimæ melioribus modo & forma quib. possent. Et tunc memoratus dominus *Petrus* in *Berchtersgaden*, habito super hoc consilio maturo supradictis nuncijs tradidit & assignauit pro se & suo Conuentu singulisq; personis Ecclesiasticis quas factum huiusmodi cõcernit quadraginta florenos ducatos & Vngaros boni auri & iusti ponderis realiter & cū effectu. De quib. quidē 40. florenis supradicti *Hainricus Reichenpach* & *Nicolaus Amman*, nunciij per ipsos perceptis & integraliter solutis meliorib. modo & forma quib. potuerunt memoratum D. *Petrum* Præpositum in *Berchtersgaden*. & alios prædictos quietauerunt, absoluerunt, & liberauerunt per pactum expressam huiusmodi decimam per eosdem nuncios leuatam ulterius non petendo neq; exigendo modo quocunq;. Super quib. omnib. præfatus dominus *Petrus* Præpositus petiit sibi & alijs quorum interest vnum vel plura publica instrumenta per me Notarium publicum infratm. Acta sunt hæc *Salzburge* in Curia siue domo habitationis venerabilis patris domini, domini *Ioannis* Prepositi & Archidiaconi Ecclesiæ *Salzburgenfis*, sub anno, Indictione, die mensis, Pontificatus quib. supra. Præsentib. venerabilib. viris dominis *Ioanne Ebsler*, *Ioanne Mendorffer*, & *Laurentio Liechtenberger* Canonicis Ecclesiæ *Salzburgen*. & Magistro *Iodoco Gassal* de Decretorum Doctore pluribusq; alijs fide dignis testibus *Salzburgen*. dioc. ad præmissa vocatis specialiter atq; rogatis.

Et ego *Fridericus Schuel* de *Pfarkirchen* clericus *Patauiensis* dioc. publicus imperiali auctoritate Notarius, quia dictorum florenorum solutioni & quietationi omnibusq; alijs & singulis præmissis dum sic ut præmittitur agerentur & fierent, vna cum prænominatis testib. præsens interfui eaq; sic fieri vidi & audiui. Ideoq; loco præsens publicum instrumentum confeci, scripsi, & subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signaui rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

IN



IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Romanorū Imperator Augustus. Quando cunq; nostræ Imperialis corroborationis piè exposcerit suffragiū eeleri tribuendū est effectu, & si nihil exposcerit quæ durare perpetuo debeant, litteris est etiam annotandum ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium vel incertum. Nouerit ergo tam futurorum quam presentium industria qualiter nos preces *Henrici* venerabilis Præpositi de *Berchtesgaden* clementer admisimus & iam dictum cœnobiū cum omnib. possessionibus suis, quas nunc habet vel imposterum iuste adipisci potuerit in nostra tuitione suscepimus. Si quidem ut fratres Deo inibi quam deuote quam religiose seruientes quietius ac liberius orationibus vacare valeant, ab omni inquietatione aut molestatione securos esse volumus & omnia quæ liberalitate Regum vel Imperatorum, largitione Principum, oblatione fidelium prædictæ Ecclesiæ collata sunt, vel in posterum fuerint collata, imperiali auctoritate eidem Ecclesiæ & fratribus omni corroborationis munimine confirmamus, specialiter autem & nominatim forestum quod circa villam vndique tenditur cum venationib. piscationibus, pascuis & omni iure foresti quod Comes *Englbertus* sui que parentes longis retro temporib. per terminos subtus annotatos, possederat, post eos etiam Comes *Beringarius* de *Sulzbach*, qui scilicet idem forestum præfata Ecclesiæ, plus quam triginta annis ante nos tradiderat, ipsum inquam forestum cum omni iure suo iam dicto cœnobio imperiali auctoritate donâtes confirmamus hoc pietatis studio addentes, ut si qui eiusdem loci fratres in salis vel cuiuslibet metalli subterraneis venis inter terminos ipsius foresti vel in quolibet Ecclesiæ suæ fundo inuenire aut elaborare potuerint, firma eis eorumq; successorib. & illibata omni tempore permaneant. Termini autem quib. ipsum forestū cingitur hij sunt: primus incipiens in riulo qui dicitur *Diez pach*, & inde in medium alueum fluminis quod dicitur *Sala* descendens pertingit ad villā *Walwres* ad abietem, scilicet in cimiterio stantem, & inde transmeans adiacentē paludem quæ dicitur *Vilzmos* peruenit ad villam quæ vocatur *Aneua* ubi fontes decurrunt in fluuium *Salzaha*, & inde ascendendo per medium alueum fluuij pertingit ad superiorē *Schreimbach*, inde scandens vsq; *Vermenkko* & vsq; *Sualuuen* peruenit ad verticē montis qui *Gelich* appellatur, inde ortum riui *Chunigesbach* pertransiens per vertices montium, ut *Mesperch* & *Poccescunkko* per medias vâles & montes, inde venit ad verticem montis *Viskunkel*, inde per media montium cœmina sicut aquæ hinc & inde decurrunt reuertitur ad ortum riui *Diez pach* per quæ sicut ab vtraque parte ad ipsum aquæ decurrunt ad prædictum flumen *Sala* descendendo finitur. Aduocatiam quoque ipsius loci tam à fundatorum hæredib. quam à quolibet hominū nisi quem Præpositus & fratres vtiliter sibi prouiderint eligendū vsurpari modis omnib. prohibemus. Porro si is qui electus fuerit grauis eis aut inutilis extiterit, ipsum repellendi & meliorē in locum eius substituendi liberam concedimus eis facultatē. Cæterum ut omnia hæc omni æuorata & in conuulsa permaneant, hanc nostræ constitutionis paginā conscribi, & sigilli nostri impressione iussimus insigniri, adhibitis testibus quorum nomina hæc sunt: *Hillinus* Treuerensis, *Vvienmanus* Magdeburgensis, *Cumbertus* Bisuntius Archiepiscopi, *Eberhardus* Babenbergenis, *Otto* Frisingensis, *Eberhardus* VVirceburgensis & alij quam plures, *Marquardus* Fuldenis Abbas, *Fridelc*, *Augensis*, *VVilbaldus* Corbeiensis, *VVelfo* dux Spoleti, *Matthæus* Dux Lothoringie, *Fridericus* Filius *Chonradi* Regis, *Hermanus* Palatinus Comes *R. eni*, *Chonradus* Frater Imperatoris, *Adelbertus* Marchio de Saxonia, *Gebehardus* Comes de *Sulzbach*, *Otto* Palatinus de *Vitelinesbach* & alij quam plures Principum atque nobilium.

Signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris Augusti

Ege



Ego Rainaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognoui. Dat. *Wuzb.* Indict. IIII. Anno Dominicæ incarnationis M. C. LVI. Regnante Domino Friderico gloriosissimo Romanorum Imperatore Augusto, Anno regni eius V. Imperij verò II.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Philippus secundus*, diuina fauente Clementia Rom. Rex, & semper Augustus. Diuinæ remunerationis copiosum promeremur beneficium, si Ecclesiarum profectibus intendimus, & circa commodum earum curam & operam adhibuimus diligentem. Ea propter Christi fidelibus præsentis æui & futuri duximus innotescendū, quod nos progenitorum nostrorum *Friderici* patris nostri & *Henrici* fratris Rom. Imperatorum exempla feliciter imitantes pro salute quoq; ac remedio animæ nostræ & eorūde progenitorū nostrorum Cœnobium *Berchtesgademensium*, cum omnib<sup>9</sup> personis Deo ibidē famulantibus, & vniuersis eiusdē loci appendiciis & possessionibus in nostram recipimus protectionē, & omnia quæ idem Cœnobitū temporib, antedictorum Imperiorum possedit vel nunc possidet firma ei & illibata permanere decernimus, specialiter autem & nominatim confirmamus eidem fratribus forestū quod circa cellam vndiq; tenditur, & ea quæ intra terminos ipsius foresti, quæ erant imperij in venationibus, piscationibus, pascuis, cultis & incultis, & quæ in salis, vel in cuiuslibet metalli venis subterraneis inueniri aut elaborari potuerint. Salinam quoq; in loco qui dicitur *Goldenlache*, & salinam quæ est inter *Ioual* & locum qui dicitur *Kiue*, & omnia quæ habet intra terminos foresti designatos priuilegio à diuo patre nostro collato cum omni iure eiusdē foresti quod Comes *Engelbertus* suiq; præsentis, longis retro temporibus per terminos sub<sup>9</sup> notatos possederant. Post eos & Comes *Peringarius* de *Sulzpache* qui eodem forest. præfata Ecclesiæ plus quàm triginta annis ante Imperiū clementissimi patris nostri tradiderat, firma eis eorumque successoribus omni tempore permanent. Termini autem quibus ipsum forestum cingitur hi sunt. **P**rimus incipiens in riuulo qui dicitur *Tiezbach*, & inde in mediū alueum fluminis qui dicitur *Sala* descendens protinus ad villam *Walv* vel ad Abietem in cimiterio stantem, & inde transmeans ad adiacentem paludem quæ dicitur *Vilzmos* peruenit ad villam, quæ dicitur *Arcua*, vbi fontes decurrunt in fluuium *Salzabe* & inde ascendendo per medium alueum fluij pertingit ad superiorem *Schrempache*, inde scandens *Varmekhi* & vsq; *Svvalvven* peruenit ad verticem quæ *Geliche* appellatur. inde in ortum riuus *Chumspachi* pertransiens vertices montiū *Ozinspurg* & *Bockiruchki* per medias valles & mōtes, inde venit ad verticē *Viskunkel*, inde per medium montium cacumina sicut aquæ hinc & inde decurrunt reuertitur ad ortū riuus *Diez-pache*, per quæ sicut ab vtraq; parte ad ipsum aquæ decurrunt ad prædictum flumē *Sale* descendendo finitur. Aduocatia quem ipsius loci tam à fundatorum hæredibus quàm ab aliquo hominū nisi quem Præpositus & fratres vtiliter duxerint eligendum vsurpari modis omnib<sup>9</sup> inhihemus. Porro si is qui electus fuerit grauis eis & inutilis exiterit, ipsum repellendi & meliorē in locū eius substituēdi liberam eis cōcedimus facultatē. Omnia quoq; quæ liberalitate Imperatorū, largitione Principum, oblatione fidelium prædictæ Ecclesiæ collata sunt vel in posterum fuerint collata, specialiter verò aquam in fonte *Hall* quam Comes *Geuch* filius *Peringarij* Comitis de *Sulzbach* sub præsentia & auctoritate memorati patris nostri eidem cœnobio VI. annis ante obitum suum potestatiuā manu tradiderat regali auctoritate ipsi Ecclesiæ & fratribus confirmamus, solita quoq; regal: clementiæ nostræ auctoritate, omnia eiusdem Ecclesiæ noualia à porta quæ silua versus *Hall* clauditur, neq; in riuum qui dicitur *Ruttmagia* & ultra in riuum *Wilpach*, cum omnibus colonis suis ab omni iure comicum, & iudicum eximimus & liberos esse concedimus, & vt à præfata Ecclesiæ Præposito tam



tam in secularibus quam in spiritualibus regantur. jubemus insuper, ne aliquis ducum vel comitum vel quorumlibet iudicum super præfata aqua *Hall*, quam, ut dictum est Comes *Geuch*, ipsi Ecclesiæ tradidit, vel quam imperiali largitione possident, vel super omnibus quæ in nostram special: defensionem præsentis scripto suscepimus, propter cuius quærimonia in iudiciis eos inquietare præsumat interdiciamus quemadmodum iustum est ut quæ regali sanctione confirmata sunt regali nihilominus iudicio si quid querimonie natum fuerit terminentur. Nulli ergo omnino hominum licitum sit super præfatis possessionibus sæpeditum cœnobium inquietare, aut hanc confirmationis nostræ ducalem paginam reuocare in irritum, quod qui fecerit Cent. lib. auri componat, dimidium fisco nostro, reliquum monasterio passo iniuriam. Testes hi sunt Henricus Herbpolen. electus *Geuch*, Burgravius *Magdeburgen*. Lambertus & Ernestus Comites de *Glichen*, Henricus Marscalcus de *Kallindem.*, Henricus Dapifer de *Walpen*, Walterus *Pincerna* de *Schipse* & alij quam plures. Signum Domini *Philippi* secundi Rom. Regis inuictissimi. Ego *Conradus* *Ratisponen.* electus regalis aulae Cancellarius recognoui. Datum apud *Herbpolim*, anno Domini Incarnationis Millesimo, CCIV. VI. Idus Martij, Indictione VIII.

IN nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. *Philippus* diuina fauente clementia Romanorum Rex Augustus. Si rationabiles Ecclesiasticorum petitiones Prælatorum ad Ecclesiarum suarum tendentes proficuum, clementer admittamus, speramus nobis apud Regem regum ad æternæ vitæ meritum, & temporalis Imperij prosperiorē decursum proficere, & eos quos benigna exauditione honoramus, de cetero nobis deuotiores & magis beneuolos fore. Nouerit ergo omnium Ecclesiæ & Imperij nostri fidelium præsens ætas & futura, qualiter dilectus consanguineus noster, *Albertus Iunauensis*, id est *Salisburgensis* Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, honori & vsui Ecclesiæ sibi creditæ stabilitatis & incrementi profectum addere intendens, nostram adiit celsitudinē, & proferens Diuorum Augustorum nostrorum prædecessorum, Regum scilicet ac Imperatorum vetera & recentiora Priuilegia, secundum diuersa regnantium tempora Ecclesiæ *Salisburgen.* ab eis collata, postulauit instanter, ut eadem priuilegia nostri munere præcepti renouaremus, iura quoque & possessiones quibus eisdem fauentibus præfata Ecclesia munita videbatur, & aucta, ei per nostram autoritatem concederemus atque confirmaremus. Præterea ex Priuilegio *Ludouici* Regis Augusti patet intelleximus, quod idē *Ludouicus* Augustus, præfata *Salisburg.* Ecclesiæ amore Dei, & Beati *Petri* Apostoli, & *S. Ruderti* in pago *Salzburgorū* dicto curtē, *Salzburgonē*, quod *Pilgrinus* Archiepisc. antea in ministerio ab eo tenere visus est, in proprietatem & plenā potestatem contradidit integraliter, cum curtibus omnibus ædificiis, campis, pratis, agris, pascuis, syluis, lacubus, aquis, aquarum decursibus, venationibus, molendinis, piscationibus, viis & inuis, exitibus & reditibus, quas sitis & inquirendis, terris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipiis quoque pluribus vtriusque sexus, barcalcis, cum omnibus censibus in *Salina*, & extra *Salinam*, inter fluuios *Sala* & *Salzach* vocatos, in auro & Sale, ac pecoribus, cum *Theloniis* duobus, quæ vulgò muta vocantur, cum omnibus adiacentiis, & rebus ad eandem terram pertinentibus. Hæc ergo vniuersa in præsentis pagina cōscripta *Salisburgen.* Ecclesiæ & eius Archiepiscopo perpetua stabilitate per nostram autoritatem immobiliter confirmamus, statuentes, ut si quis, quod ab huius nostri præcepti violator apparuerit, & Ecclesiam *Salisburgensem* in



villo supradictorum violenter grauare attentauerit banno Imperiali subiaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fisco nostro, medietatem *Salisburgen.* Archiepiscopo persoluat, præsumptionis tamen ausu in irritum cessuro. Vt autem omnia supradicta memoriter sciantur, & inconuulsa de cætero firmitate obseruentur, Priuilegij paginam fecimus conscribi, & appensa Maie-  
statis nostræ Bulla roborari. Huius rei testes sunt *Ireacrensis* Archiepiscopus, *Augustensis* Episcopus, *Constantien.* Episcopus, *Argentinen.* Episcopus, *Hermannus* Landgrauus *Turingiæ*, *Rudolphus* Palatinus de *Thubingen*, *Sifridus* Comes de *Orlamund.* *Fridericus* Comes de *Zolere*, *Vlricus* Comes de *Berge*, *Emicho* Comes de *Limingen*, *Godefridus* de *Eppenstam*, *Calho* de *Kirchperg*, *Hartradus* de *Merenbur*, *Hainricus* Marschalcus de *Calindin*, *Vlricus* Marschal-  
cus de *Rechberg*, *Cuno* de *Minzenberg*, *Warnherus* *Rolanden*, *Thiedo* de *Reuenspurg*, & alij quàm plures.

### Signum Philippi secundi Romanorum Regis inuictissimi.

Ego *Conradus* *Hildesheimen.* Episcopus *Herbipolen.* electus, *Imperialis* aulæ Cancellarius, vice Domini *Conradi* *Moguntini* Archiepiscopi, totius *Germaniæ* Archicancellarij recognoui. Acta sunt anno *Dominicæ* incarnationis *MCXCIX.* Indi. III. Regnante gloriosissimo Romanorum Rege *Philippoll.* Regni eius anno secundo, Dat. *Moguntia.* III. Calend. Octobr.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* secundus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, *Ierusal.* & *Syciliæ* Rex, *Imperialis* Excellentia, tunc præcipue sui nominis titulos ampliat, cum diuinæ pictatis intuitu per quem præest Principibus orbis terræ, loca venerabilia, pia mentis affectione tuetur, & iustas eorum fauorabiliter petitiones admittit. Ea propter vniuersis Imperij fidelibus, tam presentibus quàm futuris volumus esse notum, quod Præpositus & Conuentus *Monast. Berchtesgadm.* fideles nostri, priuilegium quoddam eidem *Monast.* à nobis indultum oim tempore regni nostri celsitudini præsentarunt, humiliter supplicantes vt illud cum omnibus quæ continentur in ipso, confirmare de nostra gratia dignaremur, cuius tenor est per omnia talis: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex, semper Augustus, & Rex *Syciliæ.* Notum sit omnibus tam presentibus quàm futuris, quod nos ad imitationem *Serenissimi* Patris nostri *Henrici*, inclytæ recordationis, quondam Romanorū Imperatoris semper Augusti, & Regis *Syciliæ*, pro salute quoq; ac remedio animæ ipsius & nostræ, cænobium *Berchtesgaden*, cum omnibus personis ibidem Deo famulantibus, & vniuersis eiusdem loci appendiciis & possessionibus, in protectionem nostram recipimus, sicut ipsum patrem nostrum imitando vestigia patris sui, aui videlicet nostri *Friderici* quondam Romanorum Imperatoris Augusti fecisse constat, sicut ex priuilegio suo colligitur, super hoc præfata Ecclesiæ concessio, omnia quoq; quæ idem cænobium sub *Imperiali* defensione nominati patris nostri hæcenus possedit, vel nunc possidet, sub nostra tuitionis tutamine deinceps statuimus permanenda, specialiter autem & nominatim forestum quod iuxta cellam vndiq; tenditur, & ea quæ circa terminos ipsius foresti, quæ juris erant Imperij, in venationibus, piscationibus, pascuis, cultis & incultis, & quæ in salis, vel in cuiuslibet metalli venis subterraneis inueniri aut elaborari potuerint, salinam quoq; in loco qui dicitur *Goldenbach*, Item quoq; salinam quæ est inter *Toffal* & locum qui dicitur *Riue*, & omnia quæ habet intra terminos



minos foresti designato priuilegio à diuo patre nostro collato cū omni iure eius-  
 de foresti, quod Comes *Engelbertus* suiq; parētes longis retroactis tēporib; per ter-  
 minos subtrus notatos possederat. Post eos etiam Comes *Berengarius* de *Sulzpach*,  
 qui idem forestum præfata Ecclesiæ, plus quam triginta annis ante imperium  
 clementissimi aui nostri tradiderat, firma eis eorumque successoribus, & illi-  
 bātā omni tempore permaneant. Terminū autē, quibus ipsum forestum  
 cingitur, hij sunt: Primus incipiens in riuulo, qui dicitur *Diez pach*, & inde in  
 mediū alueum fluminis, quod dicitur *Sala* descendens pertingit ad villā *Wul-  
 uues* ad abierem in cimiterio stantē, & inde transmeans ad adiacentē palu-  
 dē quæ dicitur *Vilzmos*, peruenit ad villam quæ vocatur *Anena* ubi fontes de-  
 currunt in fluium *Salabe*, & inde ascendendo per mediū alueum fluij, per-  
 tingit ad superiorem *Scarenbach*, inde scandē *Warmänckke* & vsq; *Sulzdēn* per-  
 tēnit ad verticē qui *Gelich* appellatur, inde ortum riuū *Chungespach* pertran-  
 sēns verticē montium *Vzenfpach* & *Pöckesnackh* per medias valles & montes, in-  
 de venit ad verticē montis *Viskunckel*, inde per mediū montium cacumina si-  
 cūta quæ hinc inde decurrunt, reuertitur ad ortum riuū *Diezbach*, per quem fi-  
 cut ab vtraq; parte ad ipsum aqua decurrunt ad prædictū flumē *Sala* descēdēdo  
 finitur. Ad uocatiā quoq; ipsius loci, tam à fundatorum heredibus quam ab  
 aliquo hominum, nisi quem Præpositus & fratres vtiliter duxerint eligendū,  
 vsurpari modis omnib; inhibemus. Poro si is qui electus fuerit, grauis & inutilis  
 extiterit ipsum repellendi, & meliorem in locum eius substituendi, liberam eis  
 concedimus facultatem; omnia quoque quæ liberalitate Regum vel Impera-  
 torum, largitione Principum, oblatione fidelium, prædictæ Ecclesiæ collata  
 sunt, vel in posterum fuerint collata, specialiter verò in fonte *Halle*, quæ Comes  
*Gebhardus* filius *Berengarij* Comitis de *Sulzbach* sub præsentia & auctoritate me-  
 morati aui nostri, eidem cœnobio sex annis ante obitū suū potestatiua manu  
 tradidit regali auctoritate ipsi Ecclesiæ & fratribus confirmamus, idē ita quoque  
 regalis clementiæ nostræ auctoritate omnia eiusdem Ecclesiæ noualia à porta  
 qua silua versus *Halle*, clauditur, vsque ad riuum qui dicitur *Rindnagis*, & ultra  
 vsque in Riuum *Weizbach*, cum omnibus colonis suis, ab omni iure Comitum  
 & iudicū eximimus & liberos esse concedimus. Et vt à præfata Ecclesiæ Præpo-  
 sito tam in secularibus, quam in spiritualibus regantur, iubemus. Idē super ne ali-  
 quis ducū vel Comitum vel quorumcūq; iudicū super præfata aqua *Halle* quæ  
 vt dictum est Comes *Gebhardus* ipsi Ecclesiæ tradidit, vel quam imperiali largi-  
 tione possident, vel super omnibus quæ in nostra specialiter defensione præ-  
 senti scripto suscepimus propter eandē quærimonia in iudiciis eos inquie-  
 tare præsumat intercedimus, quoniam iustum est vt quæ Imperialis Maiestatis  
 auctoritate siue regalis confirmata sunt, vel in uiscentia tradita, imperiali ni-  
 hilominus iudicio siue regali, si quid quærimonia natum fuerit rationabiliter  
 terminetur. Decernimus ergo vt nullus mortalium vel cuiuscūque professio-  
 nis aut protestatis homo se qualibet infestatione vexare præsumat. Si quis au-  
 tē ausu temeratio hanc nostræ constitutionis paginam infringere attempta-  
 uerit, seueritatem diuini iudicij & regalis nostræ indignationis vindictam se no-  
 uerit incurrisse, & in ultionem suæ temeritatis triginta libras auri puri pro pœna  
 componat, quarum medietas camera nostræ, reliqua monasterio persoluantur.  
 Ad cuius rei certam in perpetuum euentiam præsens priuilegium conscribi  
 iussimus & sigillo nostro communi. Huius rei testes sunt Syfridus Maguntinus  
 Archiepiscopus, Otto Frisingen: Episcopus, Chunradus Ratisponen: Episcopus,  
 Haituigus Aijsteten: Episcopus, Mangoldus Patauen: Episcopus, Friedeleus Tri-  
 dentinus Episcopus, Othakharius Rex Bohemiæ, Landgrauus Turingiæ, Lu-  
 doui-



douicus Dux Bau: Leopoldus Dux Austrum & Stiria, Hainricus Marchio Morauiæ, Comes Weinhardus de Abespach, Comes Chunradus de Mospurch, Comes Calhous de Kirchberg, Heinricus Marscalcus de Calindro, W Dapifer de Bolanten, Walder<sup>o</sup> Pincerna de Schupffe, Vlricus Camerarius de Mintzenberch, & alij quam plures. Signum Domini Friderici secundi inuictissimi & Regis Siciliae. Ego Chunradus Imperialis aule Cancellarius, vice D. H. Maguntius Germanie Archicancellarius recognoui. Acta sunt Incarnationis M. CCXII. Indictione primo Friderico secundo Rom: glorioso & Rege man: regni eius primo, Regno verò Siciliae quindodecimo. Dat: *Ratisponæ* per manum *Berchtoldi* regalis aule Prothonot: XV. Kai. Martij. Igitur suis supplicationibus inclinati Priuilegium ipsum, præsentis Priuilegio inseri iussimus, illud cum omnibus que continentur in eo de gratia nostra confirmantes, statuimus igitur & imperiali sancimus edicto, vt nulla persona alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, prædictum monasterium contra præsentis priuilegij nostri seriem, super his temere molestare præsumat, quod qui præsumperit præter pœnam priuilegio supradicto impositâ, centum libras auri puri componat, medietate fisco nostro, reliqua dicto Monast: persoluenda. Vt autem præsens nostra confirmatio robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsens priuilegiû fieri iussim<sup>9</sup> & sigillo nostre Majestatis muniri, huius rei testes sunt W. Rex Bohemie, C. Babenbergensis, Episcopus L. Constantiensis Episcopus, H. Rat. Episcopus Imperialis aule Cancellarius, O. Dux Bau. Comes Palatinus Rheni. O Marchio de Brandenburch, H. Marchio de Waden, Comes de Dilinge, Fridericus de Truhending, E. Pincerna de Winterstett, & alij quâ plures. Signum *Friderici* secundi Dei gratia Romanorû Imperatoris Inuictissimi semp & Syciliae Regis. Ego Sifridus Ratisponen. E. rialis aule Cancellarius, vice D. Mogunt. Archimania Archicancellarij recognoui. Acta sunt Incarnationis M. CCXXXVI. Mense Iunij, nis, imperante D. Friderico secundo, Dei gratia Inuictissimo Rom. Imperatore, semper Augusto, Ierusalem & Sycilie Rege, anno Imperij eius XVI, Regni Ierulalem XI. Regni verò Siciliae XXXVIII. feliciter. Amen. Datum: *pud Augustâ*, anno, mense, & indictione suprascriptis.

Rudolphus Dei gratia Rom: Rex semper Augustus, omnibus in perpetuû, cum ad religiosas personas, Deoq; dicatas Ecclesias consideratio benigna porrigitur, & ad ipsarum libertates seruandas & facultates augendas, gratiosa protectio Principis inuenitur, famosius gloriæ suæ decoratur immensitas, regni sui solidum diuinæ virtute potentie & solidius stabilitur. Nouerit igitur præsens & futuri temporis successura posteritas, quod accedens ad nostræ majestatis præsentiarum, honorabilis vir Prepositus Monast. *Berchergaden*, quoddâ priuilegium ab inclite recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore sibi & monasterio suo concessum, nobis exhibuit petens ipsum sibi à nostra celsitudine confirmari; cuius tenor talis est. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus secundus &c. (*vt supra*). Nos igitur qui ad ampliandum Ecclesiarum statum, zelum nobis desuper inditum gerimus copiosum præfati prepositi precibus annuentes, supradictû priuilegium, & omnia in ipso contenta, quæ de verbo ad verbû præsentibus inseri iussim<sup>9</sup> de regali clementia cõfirmam<sup>9</sup>, innouam<sup>9</sup>, & præsentis scripti patrocinio comunim<sup>9</sup>, sub interminatione gratiæ nostre firmiter inhibentes, ne quis nostrorû fidelium cuiuscûq; conditionis aut stat<sup>9</sup> existat, præ-



præfatum Præpositū aut Monasterium suum, in bonis, possessionibus, iurib. gra-  
tias, & libertatibus, in ipso priuilegio præfati Imperatoris expressis, & à nobis  
præfenti pagina confirmatis temerè molestare præsumat. Quod si fecerit graue  
nostre Majestatis offensionē se nouerit incurfurū, pœna expressa superius nihil-  
ominus puniendus. Testes huius rei sunt, Venerab. Iohan: Gurcen & Wernhardus  
Seccouien: Ecclesiarū Episcopi: spectabiles viri Frid: Purgrauius de Aurenbach,  
de Widenbach, B. de Hohenbach, Eberhardus de Katzenlebogen, Comites. O.  
de Liechtstein, Wilfingerus de Stubēbrech, or: dict. & H. Strettvich & alij quā  
plures. Vt autē huius nostræ confirmationis auctoritas perpetuo robore fulcia-  
tur, præfens scriptum Majestatis nostræ sigillō duximus roborandum. Signum  
Domini Rudolphi



Romanorum Regis inuictissimi. Acta  
denbach, j. Id Octobris. Indictione  
mini M. CC. LXXIX. regni verò no-  
manum Magistri Gottfridi, Regalis au-  
anno, mensē, loco, & indictione præ-

*Adolphus* Dei gratia Romanorū Rex semper Augustus, omnib. in perpetuū regi-  
æ serenitatis debitū, quo sacro sanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis nostræq;  
salutis contēplatione astringimur, tunc fructuose vobis & illis exequi nos spe-  
ramus, cū religiosis & Deo dicatis personis earumq; locis, in suis facultatib. ad-  
ducimus pacis pulchritudinē & augmentū, quib. ab huius sæculi fluctib. quietati  
Deo possint plenius famulari. Nouerint igitur vnīuersi præfentiū inspectores,  
venerabilē *Hainricū Brixinē*: Ecclesiæ Episcopatus Principē ac familiarē nostrū di-  
lectum vice & nomine honorabilū ac discretorum virorum, Præpositi & Cano-  
nicorum Ecclesiæ *Berchtersgādē*: ord: *S. Augustini, Salisburgē*: dioc: instantib. sup-  
plicasse, vt quoddā priuilegium ab inelytæ recordationis, quondā *Friderico* Ro-  
manorum Imperatore prædicto Præposito & eidē Ecclesiæ cōcessum, ac per *D.*  
*Rudolphū* foelicis recordationis Romanorum Regē confirmatum, ipsis innouare  
ac confirmare auctoritate regia dignaremur; cuius tenor talis est: *Rudolphus* Dei  
gratia, & c. Prædictorum igitur prædecessorum nostrorū sequētes vestigia, quib.  
non minori sed pari zelo Ecclesiæ vtilitatē & libertatē diligimus & fouemus, ac  
supra dictorum Episcopi Brixinen: Præpositi & fratrum precib. inclinati priuile-  
gia superius scripta, præfentib. de verbo ad verbum inferi iussimus, & ea appen-  
sionis nostri sigilli confirmamus, innouamus, perpetuo valitura, adicientes de  
gratia speciali, vt cum Præpositus eiusdē Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit de gra-  
tia sedis apostolicæ omnibus signis pontificalibus vtatur, quod & de nostra  
munificentia sede pontificali vti possit, & in bonis, actis, personis Ecclesiæ suæ in  
quib. alias sibi cōpetit iudicium seculare, per administratores suos laicos vel cō-  
uersos, iudicia sanguinis, prout ordo Iuris distauerit exercere, dummodo sine lu-  
ris alieni præiudicio hæc ad Præpositum & Monasteriū donationis vel emptionis  
titulo deuoluatur. Huius rei testes sunt *Ericus Magdeburgē*: Archiepi: *Arnoldus*  
*Babenbergē*: *H. Cōstantiē*: *H. Mersburgē*: *Bruno Nivvenburgē*: Ecclesiarū Episco-  
pi. *D. Marchiones Brandeburgen*: *D. de Anhalt*, Principes nostri dilecti: *Eb.*  
*de Wirtenberck*, Comites *Vdalicus de \** & alij quam plures. Dat: *Burnis*, per  
manum *Ebernandi* Regalis aulæ Cancellarij VII. Id Decembris, Indictione octa-  
ua, anno Domini M. CC. Nonagesimo quarto, Regni verò nostri anno tertio,

*Albertus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Omnib. in perpetuū  
Regiæ serenitatis debitū, quo sacrosanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis, no-  
stræq; salutis contēplatione astringimur, tūc fructuose nobis & illis exequi nos  
speramus, cū religiosis & Deo dicatis personis eorumq; locis, in suis facultatib.

*Metrop. Salisb. Tom. II.*


Q 2

addu-



adducimus pacis pulchritudinē & augmentum, quib. ab huius seculi fluctib. quietati Deo possint plenius famulari. Nouerint igitur vniuersi præsentium inspectores, honorabile virum *Hertrudē* Præpositum Ecclesiæ *Berchtesgaden:* ord. *S. Augustini Salisburgen:* dioc: deuotum nostrum dilectum, nostræ celsitudini instanti supplicasse, vt quoddam priuilegium ab inclytæ recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore, prædicto Præposito, & eidē Ecclesiæ *Berchtesgaden:* concessum, ac per *D. Rudolphū*, felicitis recordationis Rom. Regē, prædecessorē & genitorē nostrum carissimum confirmatum, ipsis innouare & confirmare auctoritate regia dignaremur: cuius tenor talis est. *Rudolphus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus &c. Prædictorum itaq; prædecessorum nostrorum & vestigiis in hærentes quib. non minori sed pari dilectionis amplitudine ecclesiarū comodum & libertatē complectimur & fouemus, ac præfati *Hertrudi* Præpositi supplicationib. humilib. fauorabiliter inclinati priuilegia superius annotata, quæ de verbo ad verbum præsentib. inseri iussimus, approbamus, innouamus, ratificamus, & præsentis scripti patrociniō confirmamus. Adicientes de gratia speciali, vt cum Præpositus eiusdem *Berchtesgaden:* qui est vel qui pro tempore fuerit de gratia sedis apostolicæ omnib. signis Pontificalib. vtatur; quod etiā de nostra magnificentia se de pontificali ex nunc & in antea vti possit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, innouationis, ratificationis & confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario in aliquo contraire. Quod qui facere præsumpserit, grauem nostræ indignationis offensam se nouerit incurrisse. Huius rei testes Venerabilis *Wernhardus* Patauen: Episcopus. Illustres *Rudolphus* & *Ludeuicus* Comites Palatini Rheni Duces *Bauariæ*. Auunculi nostri *Rudolphus* & *Fridericus* *stria* & *Styria* liberi nostri *Albertus* Dux *Sacipis* nostri carissimi, spectabiles viri, *Henri-Burchardus* *Meidenburgen:* *Albertus* de *Comites*, strenui viri *Lutoldus* de *Chunrina* *Austria*, *Stephanus* de *Meysofve*, *Henri-hardus* fratres de *Walse*, *Hermanus* *Marscalgerus* de *Landenberch*, & alij quam plures. *Alberti* Romanorum Regis inuictissimi. in *Vienna*, per manum *Gebeuini* Imperialis aula: Notarij gerentis vices honorabilis viri Magistri *Ioannis* Præpositi Ecclesiæ *Thurincen:* eiusdem aula: Cancellarij, IX. Kal. Octobris indictione prima, anno Domini M. CCC. III. Regni verò nostri anno sexto.

*Ludouicus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus omnib. in perpetuū. Gratum Deo obsequium facimus, & nostræ salutis meritum operamur, quoties religiosis personis & sacris locis, pro seruandis suis libertatibus, & augēdis facultatib. nostræ protectionis præiudiciū adhibemus. Hinc est quod ad supplicationem honorabilis & religiosi viri Præpositi & Canonicorum Ecclesiæ *Berchtesgaden:* ordinis *S. Augustini Saltsburgen:* diocæsis, quoddam priuilegium, ab inclytæ recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore, Præposito & Ecclesiæ *Berchtesgaden:* concessum, ac per dominos *Rudolphum* & *Adolphum*, felicitis recordationis, Romanorum Reges, Prædecessores nostros, confirmatum, ipsis innouandū & auctoritate regia duximus cōfirmandū, cuius quidē tenor per omnia dinoscitur esse talis. *Adolphus* Dei gratia Rom. Rex, semper Augustus &c. Prædictorū igitur prædecessorū nostrorum vestigiis in hærentes, ac supradictorum Præpositi & Canonicorū precib. inclinati, priuilegia præscripta, præsentib. de verbo ad verbū inserta, inouam, cōfirmam, & præsentis scripti patrociniō cōmunimus





munimus appendentes sigillum Majestatis nostræ in testimonium super eo, Dati *Monaci*, per manum Hermani de Liechtenberg, Regalis aule Cancellarij XIV. Kal: Octobris Anno Domini Millefimo Trecentesimo vicesimo tertio, Regni verò nostri anno nono.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriã. Oblata nobis pro parte deuotorum nostrorum Præpositi & Conuentus Ecclesiæ *Berchtesgaden*, Ordinis S. *Augustini* Canonicorum Regularium *Salzburgen*. diocesis petitio continebat, quatenus ipsis quoddam priuilegium claræ memoriæ Illustris *Adolphi* Rom. Regis prædecessoris nostri coram Majestate nostra exhibitum & ostensum approbare, ratificare, & confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius priuilegij tenor talis est. *Adolphus* Dei gratia Rom. Rex semper Augustus omnibus in perpetuum. Regiæ serenitatis debitum, quo sacrosanctis Ecclesiis diuinæ remunerationis nostræque salutis contemplatione astringimur tunc fructuose nobis & illis exequi nos speramus cum religiosis & Deo dicatis personis eorumque locis in suis facultatibus adducimus pacis pulchritudinem & augmentum, quibus ab huius seculi fluctibus quietati Deo possint plenius famulari. Nouerint igitur vniuersi præsentium inspectores venerabilem *Henricum Brixineum* Ecclesiæ Episcopum, Principem ac familiarem nostrum dilectum, vice & nomine honorabilium ac discretorum virorum Præpositi & Canonicorum Ecclesiæ *Berchtesgaden*, ordin. S. *Augustini* *Salzburgen*: Diocesis instantius supplicasse vt quoddam priuilegium ab inclite recordationis quondam *Friderico* Romanorum Imperatore prædicto Præposito & eidem Ecclesiæ concessum ac per dominum *Rudolphum* fælicis recordationis Romanorum Regem confirmatum ipsis in nouare & confirmare auctoritate regia dignaremur. Cuius tenor talis est. *Rudolphus* Dei gratia Rom. Rex semper Augustus &c. Nos itaque eorundem Præposito & Conuentus deuotis in hac parte precibus inclinati attendentes pium existere & meritorium apud Deum personas præsertim Ecclesiasticas in suis manutene viribus ac ipsorum libertatibus & gratis fauorabiliter conseruare prædictum priuilegium, ac omnia & singula contenta in eo prout de verbo ad verbum præsentibus est insertum, approbamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio ex certa scientia de innata nobis clementia & liberalitate Regia confirmamus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumperit, grauem indignationem nostram & poenam quinquaginta Marcarum puri auri, medietatem nostræ Regalis Camerae, & aliam medietatem parti læsæ persoluendam se nouerit irremissibiliter incursum. In cuius rei testimonium præsentibus literas scribi & nostræ Majestatis sigillo iussimus communiri. Datum *Patavia* anno Domini M<sup>o</sup>. Trecentesimo, quadragésimo octauo. Indictione prima VIII. Calend. Augusti, Regnorum nostrorum anno Rom. tertio, Bohemiæ verò secundo.

**W**ir Wenzlan von Gottes Gnaden Römischer König zu allenzeiten mehrer des Reichs/ vnd König zu Böhem/ Empieten dem Edlen Tyeres Fratun/ offer/ vnserm vnd des Reichs lieben getrewen vnser Gnade/ vnd alles guts. Lieber getrewer wann der Ehrwürdig Cunrath Probst zu Perchtolsgaden/ in der Stiffte zu Salzburg gelegen/ vnser vnd des lieber andächtiger/ von Eheffster norwegens/ die in zu disem male anligend seyn/ als wir des von dir vnd anderen vnseren getrewen kundlichen vnder wiser seyn zu vns nicht khomen mage/ zu empfangen die Lehen vnd Regalia seiner Probstei vnd Stifftes von vns als einem Römischen König als er von rechte

*Metrop. Salub. Tom. II.*

Q3

vnd



vnd billichen soll / die von vns vnd dem Reiche rürend seyn / dauon durch trewe willen der wir vns zu dir gänzlich verseyen / vnd auch durch deiner bette willen / so haben wir dir mit wolbedachtem Muth / guten rathe vnd rechter wissen ganzen Gewalt vnd Macht gegeben. Vnd geben dir in krafft diß Brieffs vñ Römischer Königlichcr Macht vonn vnsern wegen vnd an vnser statt zuuerleihen / dem egenandten Cunraden seiner Lehen / vnd Regalia mit allen ihren zugehörungen / als die vonn vns vnd dem Reiche zu Lehen rürend vnder vnd seine Vorfahren die ledlichen hergebracht haben. Doch also daß zuuoran gewöhnlich huldung / Eyde vnd Gelübte / von ihm in vnsern Namen vnd zu vnsern Handen einemest. Daser vnns als einem Römischen König holde / gewere / getrew vnd vnderthenig sey / vnseren Schaden zuwenden / vnd vnsern frommen zu werben / vnd gen vns zuthun / daß er durch Rechte oder Gewonheit zuthun pflichtig ist. Mit verkünde diß Brieffs versigelt / mit vnserer Königlichcr Majestätt Insigel. Geben zuin Charelstein nach Christi Geburt / dreyzehen hundert Jahr / vnd darnach in dem sechs vnd achtzigsten Jahre / des achten Tags / nach Sant Petters vnd Sant Pauls der heiligen Zwölffpotten Tag / vnser Reiches / des Deheimischen inn dem vier vnd zwanzigsten vnd des Römischen in dem eylfften Jahre.

Per d. Ducem Teschmen.  
per Ianuren I.

**W**IR Sigmünde vonn GOTTES Gnaden / Römischer König zu allenzeiten / mehrer des Reichs / vnd zu Hungern / Dalmatien / Croatien / re. König. Bekennen vnd thuen kundt offenbar mit diesem Brieff allen den / die ihn sehen / oder hören lesen daß für vns kommen ist / der Ersame / vnd die Geistlichen Peter Probst vnd Conuent des Gottshaus zu Berchtelsgaden in Salzbürger Bisthumbs gelegen erbare botschafft / vnd hat vns demütigst gebetten / daß wir demselben Probst / Conuent vnd Gottshaus zu Berchtelsgaden alle vnd jegliche ihre Gnaden / Rechte / Freyheiten / Privilegia vnd Brieffe / die ihre Vorfahren / Probst vnd Conuent von vnseren Vorfahren / Römischen Keysern vnd Königen erworben vnd hergebracht haben / zuuernern / zu confirmiren / vnd zubesettigen / gnädiglich geruhen / wann wir nun vonn angeborner vnd Königlichcr güt / aller der / die zu GOTTES Dienste ergeben seynde / vnd vnserem Schöpffer inn einem Ersamen vnd Geistlichen Leben vltimlichen dienen / gemacht vnd nur alzeit zufürdern / dauon haben wir angesehen die vorenandten demütig beede / vnd auch gütlich betrachtet / der vorigen Probst vnd Conuents / Ersame Leben vnd löbliche Gottsdienst den sie täglichen vollbringen / vnd haben darumb mit wolbedachtem muth / guten rathe vnser vnd des Reichs Fürsten / Grauen / Edlen vnd getrewen / vnd Rechter wissen / demselben Probst / Conuent vnd Gotteshaus alle vnd jegliche ihre Gnade / Rechte / Freyheit / Privilegia vnd Brieffe / wie die von Wort zu Wort lautend vnd begriffen seyn / die ire Vorfahren Probst vnd Conuent / auch sie von vnseren Vorfahren / Römischen Keysern vñ Königen setziger gedächtnuß erworben / vnd redlich herbracht haben / in allen iren Puncten / mainungen / vnd Articlen gnädiglich besettigt / verneuert vñ beuestet / besettigt / verneuert vñ beuestet. In die auch in krafft diß Brieffs / vnd Römischer Königlichcr macht / vollkommenheit vnd mainen / segen vñ wöllen / daß sie fürbas mehr darbey bleiben sollen / von allermeistlich vngewandert vnd gebieten darumb allen vnd jeglichen Fürsten / Geistlichen vnd Wellichen Grauen / Freyen / Herrn / Räten / Knechten / Landvogten / Vogten / Haupteuten / Pflegern / Ambtleuten / Landrichtern / Richtern / Burgermeistern / Räten vñ gemainten aller vñ jeglicher Städte / Märkte vnd Dörffern / vñ sonst allen andern vnsern vñ des Reichs

Vnder



Vnderthanen vnd getrewen ernstlich vnd vestiglich mit diesem Brief/ daß sie die vorge-  
 nannten Brobst/ Conuent vnd Gottshaus zu Berchtesgaden an den vorigen iren Ge-  
 naden/ Rechten/ Freyheiten/ Priuilegien vnd Briefen/ nit iren oder hindern/ in kein  
 weis/ sonder sie dabey treulich handhaben/ schirmen/ vnd gerueblichen lassen/ bey vnsern  
 vnd des Reichs Hulden/ vnd bey verliesung aller Pene in den vorgeannten vnser Vor-  
 fahren Briefen/ begriffen/ Wann wir auch vonn des vorgeannten Petern/ Brobsts zu  
 Berchtesgaden wegen gebetten seynd/ daß wir ihm seine vnd seines Gottshaus Rega-  
 lia vnd Werentlichkeiten/ mit allen vnd sedlichen ihren Mannschafften vnd Herrlichkei-  
 ten zuuerleihen/ gnediglichen geruhen/ des haben wir angesehen/ solche demütige Bette/  
 vnd auch getreue vnd willige Dienste/ die seine Vorfahren/ Brobste/ vnsern Vorfahren  
 an dem Reiche offte vnd dick gethan haben/ Er vns vnd dem Reiche für daß thun soll vnd  
 mag/ in künfftigenzeiten/ vnd haben ihm die vorgeannten seine vnd seines Gottshaus  
 zu Berchtesgaden/ Regalia vnd Werentligkeit/ mit allen vnd sedlichen ihren Mann-  
 schafften/ Herrschafften/ Lehenschafften/ Ehren/ Rechten/ Zierden vnd Gerichten dar-  
 zu gehorenden/ von Römischer Königlich Macht/ gnediglichen verlyhen/ vnd verley-  
 hen ihm die auch in krafft diß Briefs/ die zuhaben/ zugebrauchen/ vnd zugenießen/ von  
 allemniglich vngehindert/ doch behaltnuß/ vnser vñ des Reichs vnd sunst jedermans  
 rechte/ vnd gebieten auch darumb allen vnd jedlichen seinen/ vnd des vorgeannten seines  
 Gottshaus zu Berchtesgaden/ Mannen vnd Vnderthanen ernstlich vnd vestiglich/  
 mit diesem Brief/ daß sie dem vorgeannten Petern/ als ihrem rechten ordenlichen Herrn/  
 in allen wientlichen Gerichten vnd Sachen/ die vorgeannten Regalia vnd Werentliga-  
 keit antreffende/ für daß mehr ehersamlich/ gehorsam/ vnd gewertig sein sollen/ ohn alles  
 widersprechen/ mit vorkunde diß Briefs/ versigelt/ mit vnser Röniglichen Mayestet In-  
 sigl. Geben zu Costenz/ nach Christi Geburt/ vierzehnhundert Jar/ vnd darnach in  
 dem funffzehenden Jaren/ an Sant Georgen tag/ vnserer Reiche/ des Vngerischen/ etc.  
 in dem neun vnd zwainzigsten/ vnd des Römischen in dem fünfften Jaren.

## Ad Mandatum Domini Regis

Iodocus Rot, can. <sup>cus</sup> Bais.

**W**ir Albrecht von Gottes genaden Herzog zu Osterreich/ zu Steur/ zu Kärna-  
 ten/ vnd Khyam/ Margraf zu Merhen/ vnd Graue zu Tyrol/ etc. Bekennen als  
 vnser Vordern/ die Fürsten von Osterreich löblicher Gedechnuß so lange zeit  
 her/ daß kein lebendiger Mensch anders gedencken mag/ des würdigen Gottshaus zu  
 Berchtesgaden/ vnd seiner Leut Güter vnd zugehörungen/ vns auff disen heutigen/  
 Rechte Vogt vnd Beschirmer gewesen seynd/ als daß auch in manichen alten Keyserli-  
 chen/ Fürstlichen/ vnd andern Briefen lauter begriffen ist/ dardurch vns nun die Ersaa-  
 men Geistlichen/ vnseretieben andächtigen Brobst Johannes/ gegenwürdiget Brobst  
 zu Berchtesgaden/ Ulrich Dechant/ vnd das ganz Capitel gemainlich daselbst/ solch  
 Gerechtigkeit mit ihrem gütlichen willen/ jetzt aber zu besterckung solcher Gerechtigkeit  
 von neuen dingen zugesagt/ vnd vns/ vnser Erben vnd Nachkumben Herrn vñ Lands-  
 fürsten zu Osterreich zu ihr ihres Gottshaus/ vnd desselben Gottshaus Leut/ Güter vnd  
 zugehörungen/ Erbuogten vnd Beschirmern nun hinsür ewiglich vnd vnwiderrufflich  
 gehalten gelobt haben/ vnd wañ wir vnser fordern seligen guten Werken billichen nach-  
 uolgen/ haben wir vns nach billicher Danckbarkeit gegen den vorgeannten Geistlichen  
 Leuten zu Berchtesgaden veruangen/ sie vnd ihr Gottshaus/ mit sambe seinen Leuten/  
 Güter vnd zugehörungen zufürdern zu vogten/ vnd zu beschirmen gnediglich/ als das vn-  
 ser vordern seliger Gedechnuß haben gethan/ vnd sie auch von solcher Vogtey weg vñ  
 der iren willen in nichte beschweren/ ohn alles geuerde/ sie sollen auch nun hinsür ewig-  
 lich



lich vnns/ vnd vnseren Erben vnd Nachkumben/ Landsfürsten vnd Herrn/ zu Oesterreich jährlich zu erkandtnuß der Dogten zween Laidthunde vnd zween Falcken her gehen Wien schicken/ als jr vordern vnd sie vnsern voruorden/ den Fürsten zu Oesterreich/ den allen Gott gnedig sey/ vnd vns vns auff dise gegenwertige Zeit/ an widerredt geschickt/ habet/ vngeuerlich mit vrschunde dis Brieffs. Geben zu Wien am Pfingstag vor Sanct Maria Magdalena tag / nach Christi Geburt vierzehnhundert Jar/ vnd darnach in dem Siben vnd dreysßigsten Jare.

FRIDERICVS diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, ac Austria, Styria, Karinthia, & Carniola Dux, Dominus Marchia, Sclauonia ac Portusnaonis, Comes in Habsburg, Tirolis, Pherretis & in Kyburg, Marchio Burgonia & Landtgrauus Alsacia. Notū facimus tenore presentium vniuersis, Cæsarea nostræ serenitatis debitum, quo sacrosanctis Ecclesijs diuinæ remunerationis nostræque salutis contemplatione astringimur, tunc fructuosa nobis & illis exequi nos speramus cum religiosis & Deo dicatis personis eorumque locis in suis facultatibus adducimus pacis pulchritudinem & augmentum, quibus ab huius seculi fluctibus quietati Deo possint plenius famulari sane accedens ad nostræ maiestatis præsentiam *Bernhardus* Præpositus Cœnobij Ecclesiæ *Berchtersgaden*, ordinis S. *Augustini* Canonicorum Regulariū *Salisburgen*: dioc: deuotus noster dilectus, nobis deuote supplicauit, quatenus sibi omnia & dicti sui cœnobij *Berchtersgaden*: Regalia feuda, dominiū, iura, iurisdictiones, & temporalitates conferre, ipsumque de eisdem inuestire gratiosius dignaremur, atq; sibi & dicto cœnobio suo priuilegium quoddam ipsi & Prædecessoribus suis per quondam Serenissimum Principem *Fridericum* secundum, felicis recordationis Romanorum Imperatorem prædecessorem nostrum tempore regalis suæ dignitatis, datum & concessum atque per dictum Imperatorem nec non *Carolum* Romanorum & Bohemia, & *Adolfum* Romanorum Reges Prædecessores nostros successiue innouatum & confirmatum, prout in litteris dicti *Caroli* prædecessores nostri sub appendenti suæ maiestatis sigillo, coram nobis exhibitis vidimus ad plenum contineri, cuius quidem priuilegij *FridERICI* secundi tunc Romanorum Regis, tenor sequitur per omnia & est talis: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Sicilia. Notum sit omnibus &c. Ac etiam priuilegium *Caroli* Romanorum Regis prædecessoris nostri supradictum: nec non vniuersi & singula priuilegia, gratias, immunitates, libertates, iura, indulta, dignitates, honores, concessionis, ac litteras quæ & quas sui prædecessores à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris Prædecessoribus, & aliis Principibus seu quibuscunque personis titulo donationis seu alias obtinuerunt, de innatę nobis benignitatis clementia ratificare, approbare, innouare & confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaque dicti Præpositi & sui cœnobij deuotis supplicationibus fauorabiliter inclinati, ipsi Præposito animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed sano Principum, Comitum, Baronum, Nobilium Procerum, ac fidelium nostrorum accedente consilio & de certa nostra scientia recepto ab eo primitus fidelitatem & subiectionis consueto iuramento, regalia, feuda, dominium, iura, iurisdictiones & temporalitates contulimus & conferimus, ac ipsum auctoritate Romana Imperatoria de eisdem inuestimus & tenore presentium inuestimus; mandantes vniuersis & singulis dicti Præpositi & sui cœnobij subditis cuiuscunq; gradus, status, vel conditionis existant, quatenus eidem *Bernardo* Præposito tanquam verò naturali suo Domino in omnibus tam in iudiciis quam in aliis singulis exercitium iurisdictionis suæ temporalis



poralis concernentibus reuerenter & debite parere debeant, & intenderedifficultate & impedimentis quibuslibet procul motis. Nos quoque Præposito prædicto & suo cœnobio supradictum priuilegium & omnia in eo contenta, prout superius de verbo ad verbum expressa sunt, ac etiam priuilegium *Caroli* Prædecessoris nostri prædicti, nec non vniuersa & singula priuilegia, gratias, immunitates, libertates, jura, indulta, dignitates, honores, concessiones, ac literas quæ & quas sui prædecessores, à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris prædecessoribus & aliis Principibus seu quibuscunque personis titulo donationis seu aliâs obtinuerunt in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis, ac si omnia & singula de verbo ad verbum præsentibus essent inserta, approbamus, ratificamus, innouamus, & auctoritate Imperiali de certa nostra scientia tenore præsentium confirmamus. Decernentes & hoc Cæsareo nostro statuente edicto ea omnia & singula pro Præposito & Cœnobio prædictis perpetuis temporibus obtinere roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Regalium inuestituræ, nec non prædictorum priuilegiorum ratificationis, approbationis, confirmationis, decreti, & declarationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, nostram & Imperij sacri indignationem grauissimam ac pœnam in priuilegiis dicti Præpositi & sui cœnobij contentam se nouerit incursum, præsentium sub nostræ Imperialis majestatis sigilli appensione testimonio literarum. Datum in nouaciuitate septima die mensis Septembris, anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo quarto: Regni nostri anno quintodecimo, Imperij verò tertio.

## Ad Mandatum Domini Imperatoris

in Confil. Vlrico Welzli.

Sigillum in chordula ex filis fericis cinericei coloris videtur decidisse & rursus præposterè appensum per inferiorem partem.

## P R I V I L E G I U M

**R**VDOLPHVS secundus diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Groatia, Sclauoniæ &c. Rex. Archidux Austria, Dux Burgundiæ, Brabantia, Stiria, Carinthia, Carniola, & Marchio Morauia &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Tecke. Princeps Sueuiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreris, Kyburgi, & Goritiæ, Langrauius Alsatia Marchio sacri Romani Imperij Burgouie, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclauoniæ, Portus Naonis & Salinarum &c. notum facimus tenore presentium vniuersis Sacri Romani Imperij celsitudo (cuius regimen ceu certus habemus à Deo Opt. Max. dirigendum nobis concreditum est) olim non abs re personas quas vocant Ecclesiasticas, nimirum ob religionis Christianæ nostræ \* tūm ac \* obseruantiam sibi memoram & Princeps conciliauit delegitque, quorum bono commodo & immunitati haud segnus quam nostri in Imperio prædecessores studuerunt æquum ducimus prospiciendum. Hinc est quod venerabilis Princeps noster deuotus, dilectus Iacobus Monasterij Ecclesiæ *Berchtersgadenensis*, ordinis *S. Augustini*, Canonicorum regularium *Salzburgensis* diocesis, Præpositus & Archidiaconus nobis humiliter supplicari curauerit, vt sibi omnia sua & dicti monasterij sui *Berchtersgadenensis* regalia, feuda, dominium circa Iurisdictiones & tem-



& temporalitates conferre, ipsumque de eis inuestire gratiosius dignaremur, atque sibi & dicto cœnobio suo priuilegium quoddam ipsi & prædecessoribus suis per quondam *Fridericum* secundum fel. record. Romanorum Imperatorem prædecessorem nostrum, tempore regalis suæ dignitatis datum & concessum, atque per dictum Imperatorem & postea successu temporis per alios quoque diuę memorię prædecessores nostros Romanorum Imperatores ac Reges scilicet *Carolus* quartum Romanorum Imperatorem & Bohemię Regem ac Cæsares *Adolphum Maximilianum*q; colendę recordationis abauum nostrum, & deinde etiam per diuum quondam *Carolus* quintum magnum, Patruum ac Auū maternum nostrum, & demum quoque per diuos quondam *Ferdinandum* & *Maximilianum* secundum Imperatores Romanos auum paternum & genitorem nostros obseruandissimos successiue innouatum & confirmatum, prout in literis jam dicti diui Domini genitoris & prædecessoris nostri subappendente suæ maiestatis sigillo coram exhibitis plenius cernebatur. Cuius quidem priuilegij *Friderici* secundi tum Romanorum Regis verus tenor sequitur, & est talis. IN NOMINE sanctę & indiuiduę Trinitatis, *Fridericus* secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus &c. Rex Sicilia: Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod nos ad imitationem Serenissimi Patris nostri *Henrici* inclytę recordationis, quondam Romanorum Imperatoris semper Augusti & Regis Sicilia: pro salute quoque & remedio animę ipsius & nostre cœnobium *Berchtersgadense* cum omnibus personis ibidem Deo famulantibus & vniuersis eiusdem loci appenditiis & possessionibus in protectionem nostram recipimus, sicut ipsum patrem nostrum imitando veltigia patris sui, aui videlicet nostri *Friderici*, quondam Romanorum Imperatoris Augusti fecisse constat, sicut ex priuilegio suo colligitur super hoc præfatę Ecclesię concessio, omnia quoque quę idem cœnobium sub Imperiali defensione nominati patris nostri hactenus possedit, vel nunc possidet sub nostre tuitionis tutamine deinceps statuimus permanenda. Specialiter autem & nominatim forestum quod intra cellam vndique tenditur & quę circa terminos ipsius foresti, quę juris erant Imperij in venationibus, piscationibus, pascuis, cultis & incultis, & quę in salis, vel in cuiuslibet metalli venis subterraneis inueniri aut elaborari potuerint. Salinam quoque in loco qui dicitur *Goldenpach*, item quoque Salinam, quę est inter *Toffel* & locum qui dicitur *Rine*, & omnia quę habet intra terminos foresti designatos priuilegio à diuo patre nostro collato, cum omni jure eiusdem foresti, quod Comes *Engelbertus* sui que parentes longis retroactis temporibus per terminos subter annotatos possederat. Post eos etiam Comes *Berengarius* de *Sultzbach*, qui idem forestum præfatę Ecclesię plusquam triginta annis ante imperium clementissimi aui nostri tradiderat, firmas eis eorumque successoribus & illibata omni tempore permaneant. Termini autem quibus ipsum forestum cingitur ij sunt. Primus incipiens à riuulo qui dicitur *Dieszbach*, & inde in mediū alueum fluminis, qui dicitur *Sala* descendens pertingit ad villam *Walbes* ad abietem in cemiterio stantem, & inde transmeans ad adiacentem paludem quę dicitur *Vilzmos* peruenit ad villam quę vocatur *Aneua*, vbi fontes decurrunt in flumen *Saltzache*, & inde ascendendo per mediū alueum fluuij pertingit ad superiorem *Schrenbach*, inde scandens *Warmnetze* & vsque ad *Suualben* venit ad verticem quę *Gelick* appellatur, inde ortum riuus *Kunigesbach* pertransiens, vertices montium *Vlmspërg* & *Pogsruch* per medias valles & montes, inde venit ad verticem montis *Vishunckel*, inde per mediū montium cacumina, sicut aquę hinc & inde decurrunt reuertitur ad ortum riuus *Dietzbach*, per quem sicut ab vtraque parte ad ipsum decurrunt ad prædictum flumen



flumen *Sala* descendendo finitur, aduocatum quoque dicti loci tam à fundatorum hereditibus, quam ab aliquo hominum, nisi quem Præpositus & fratres utiliter duxerint eligendum vsurpari modis omnibus inhiemus. Porro si hic qui electus fuerit grauis & inutilis extiterit, ipsum repellendi & meliorem in eius locum substituendi liberam eis concedimus facultatem. Omnia quoque quæ liberalitate Regum vel Imperatorum, largitione Principum, oblatione fidelium prædictæ Ecclesiæ collata sunt, vel in posterum fuerint collata, specialiter verò aquam in fontem *Halle*, quam Comes *Gebehardus* filius *Perengarij* Comitis de *Salzbach* sub potentia & auctoritate memorati aui nostri eidem cœnobio sex annis ante obitum suum potestaticia manu tradidit regali auctoritate ipsi ecclesiæ & fratribus confirmamus. Solita quoque regalis clementiæ nostræ auctoritate omnia eiusdem Ecclesiæ noualia à porta qua *Sylva* versus *Hallam* claudit vsq; in riuum qui dicitur *Rintmagie*, & ultra vsq; in riuum *Weiszbach* cum omnibus colonis suis ab omni iure Comitum & iudicum eximimus & liberas esse concedimus, & vt à præfata Ecclesiæ Præposito tam in secularibus quam in spiritualibus regantur. Iubemus insuper ne aliquis Ducum vel Comitum vel quorumlibet iudicum supra præfata aqua *Halle*, quam vt dictum est, Comes *Gebehardus* ipsi ecclesiæ tradidit, vel quam imperiali largitione possident, vel supra omnibus quæ in nostra specialiter defensione præfati scripto suscepimus propter cuiusquam quærimoniam in iudiciis eos inquietare præsumat interdiciamus. Quoniam iustum est, vt quæ Imperialis maiestatis auctoritate siue regalis confirmata sunt, vel munificentia tradita, imperiali nihilominus iudicio siue regali siquid quærimoniæ natum fuerit rationabiliter terminetur. Decernimus ergo vt nullus mortaliū aut cuiuscunq; professionis aut potestatis homo supra quolibet horum præfatum cœnobium aut fratres inquietare, aut qualibet infestatione vexare præsumat. Si quis autem ausu temerario huius nostræ constitutionis paginam infringere attentauerit, seueritatē diuini iudicij & regalis nostræ indignationis vindictam se nouerit incurrisse; & in ultionem suæ temeritatis triginta libras auri puri pro poena componat: quarū medietas cameræ nostræ, reliqua monasterio persoluatur. Ad cuius rei certam & in perpetuam euentiam præfens priuilegium conscribi iussimus, & sigillo nostro communi. Huius rei testes sunt *Sifridus* Moguntinensis Archiepiscopus, *Otto* Frisingensis Episcopus, *Conradus* Ratisponensis Episcopus, *Hartuicus* Eistetenensis Episcopus, *Fridericus* Tridentinus Episcopus, *Ottaharus* Rex Bohemiæ, *Langrauius* Thuringiæ, *Ludouicus* Dux Bauariæ, *Leopold* Dux Austriæ & Stiria, *Heinricus* Marchio Morauia, *Comes Meinardus* de *Abpsperg*, *Comes* ch: de *Plain*, *Comes Conradus* de *Moszburg*, *Comes Colhous* de *Hirchperg*, *Heinricus* Marchalcus de *Calindi*, *W. Dapifer* de *Wollandē*, *Walter* Pincerna de *Schipfe*, *Vlric* Camerarius de *Mintzenberg* & alij quā plures. Acta sūt hæc Dominicæ incarnationis millesimo, ducentesimo, duodecimo, indictione prima, regnante Domino *Friderico* Romanorū Rege glorioso & Rege *Siciliæ* año Romani eius primo, regni verò *Siciliæ* quinto decimo. Datū Ratisponæ per manū *Berchtoldi* regalis aulæ Proto notarij Calend. Martij. Ac etiā supradicta diuorū quondā *Maximiliani* primi, *Caroli* quinti, *Ferdinandi* & *Maximiliani* secūdi, Romanorū Imperatorū, aliq; omnia & singula priuilegia, gratias, imunitates, libertates, jura, indulta, dignitates, honores, cōcessiones, ac literas, quæ & quas sui prædecessores à diuis Romanorū Imperator, ac Regibus nostris prædecessoribus & aliis Principibus seu quibuscunq; personis titulo donationis seu alias obtinuerūt de ināta nobis benignitatis clementia ratificare, approbare, innouare & confirmare, gratiosius dignamur. Nos itaq; dicti Præpositi & sui cœnobij deuotis supplicationibus fauorabiliter



biliter inclinati, ipsi Præposito animo deliberato non per errorem aut improvide, sed sano Principum, Comitum, Baronum, nobilium, procerum, ac fidelium, nostrorum, accedente consilio & de certa nostra scientia. Recepto tamen prius ab honorabili docto nostro & imperij sacri fidei dilecto Ioanne VVeinmeister ipsius Cancellario ac Procuratore legitimo & pleno ad id mandato suffulto in animam ipsius Præpositi solito fidelitatis & subiectionis iuramento, Regalia, feuda, dominium, iura, iurisdictiones, & temporalitates contulimus & conferimus, ac ipsum auctoritate Romana Imperiali de eisdem inuestiuimus & tenore præsentium inuestimus, mandantes vniuersis & singulis dicti Præpositi & sui cœnobij subditis cuiuscunque gradus, status & conditionis existant quatenus eidem Iacobo Præposito tamquam vero naturali domino suo in omnibus, tam in iudiciis quam in aliis singulis exercitium iurisdictionis suæ temporalis concernentibus reuerenter & debite parere debeant & intendere difficultate & impedimento quibuslibet procul semotis. Nos quoque Præposito prædicto & suo cœnobio supradictum priuilegium & omnia in eo contenta prout superius de verbo ad verbum expressa sunt, nec non præfatorum diuæ memoria Imperatorum Maximiliani primi, Caroli quinti, Ferdinandi & Maximiliani secundi aliaque omnia & singula priuilegia, gratias, immunitates, libertates, iura, indulta, dignitates, honores, cōcessiones ac litteras, quæ & quas sui prædecessores à diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris prædecessoribus & alijs Principibus seu quibuscunque personis titulo donationis vel alias obtinuerunt in omnibus suis punctis clausulis & articulis ac si omnia & singula de verbo ad verbum, præsentibus essent inserta approbamus, ratificamus, innouamus & auctoritate imperiali de certa nostra scientia tenore præsentium confirmamus. Decernentes & hoc imperiali nostro statuente edicto ea omnia & singula pro Præposito & cœnobio prædictis perpetuis temporibus obtinere roboris, firmitatem, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram Regalium Inuestituræ nec non prædictorum priuilegiorum ratificationis, approbationis, confirmationis, decreti & declarationis paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit nostram & Imperij sacri indignationem grauissimam & poenam in priuilegijs dicti Præpositi & sui monasterij contentam se nouerit incursum. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Ciuitate nostra *Vienna* die decima septima mēsis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Regnorum nostrorum Romani tertio, Hungarici sexto, Boemici itidem tertio.

**I**N nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Notum sit eunctis Christi fidelibus, tam futuris, quàm presentibus, quod controuersia quæ vertebatur inter *Salisburgen.* & *Berchtersgadmensem* Ecclesias, super iure *Archidiaconatus*, & foresto, & alijs sub hac forma est sopita, quod iure *Archidiaconatus*, sacerdos, qui præest populo in Ecclesia *Berchtersgadmensi*, ad conuentum *Salisburgen.* Præpositi, siquidem in ecclesia cathedrali aut in alio *Archidiaconatus* sui loco indixerit reuerenter accedat. Et si quæ graues & perplexæ causæ in plebe *Berchtersgadmensi* emeruerint, ad examen *Salisburgen.* Præpositi referantur discutiendæ, & idem Præpositus tali reuerentia contentus, *Berchtersgadmens.* plebem in approbata sua consuetudine & quiete, qua ab Ecclesiæ fundatione vsa dinoscitur, vexare non attemptet. De foresto autem, sic determinatum est quod Ecclesia *Salisburgen.* ligna sumat de foresto *Berchtersgadm.* ecclesiæ, tantum ad decoctionem salis necessaria, & non ad alium vsuum, his tamen terminis contenta, quod eadem  
ligna



ligna ex vtraq; parte fluuij, qui dicitur *felba* succidantur, & deducantur per riuos & torrentes, & alio quocunq; modo, in ipsum fluuium à loco qui dicitur *Schellenberg*, & inferius vsq; ad decoctionem salis, superius autem *Schellenberg* in montibus ex vtraq; parte fluuij, qui dicitur *felba*, nihil iuris vel concessionis, sibi *Salisburgen.* vsurpare velit ecclesia.

In testimonium autem proprietatis, Ecclesie *Berchtersgadensis* in festo beati *Rudberti* in autumnno conferantur ex parte Chori, singulis annis duo aurei, æstimationem habentes LXXX. denariorum, *Salisburgen.* monete. Ex parte verò Archiepiscopi talentum eiusdem monete diuisim in duobus beati *Rudberti* festis persoluatur. Quod si constitutis temporibus, iam dictus census à prememoratis partibus non fuerit persolutus, præfati *Berchtersgadmen*: sectionem lignorum suorum, & euectionem eorundem vsque ad redditionem debiti sibi census prohibeant. De area verò quadam in ciuitate *Salisburgen.* sita, & ad maiorem Ecclesiam pertinente, sic statutum est, vt Ecclesia *Berchtersgadmen.* eam habeat pro beneficio, & singulis annis in testimonium proprietatis ecclesie *Salisburgen.* XII. denarios persoluat. Huius rei testes sunt, Eberhardus *Salisburgen.* Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus, Dominus Albertus maioris Ecclesie Præpositus, Fridericus *Berchtersgadensis* Præpositus, Albertus Decanus, Hartvicius, Hartfridus, Englmarius, Willehelmus, Hermannus, Canonici, Rudgerus plebanus de *Saltzburghouen*, Chunradus Scriba, & alij quam plures. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XI. III. Kal. Sept.

PRAEPOSITI IN BERCHTERS-  
*gaden sub continua successione.*

EBERBINVS.

Primus huius loci præpositus ex Monasterio *Raittenpuech*, cum septem fratribus *Berchtersgaden* accessit, hanc Ecclesiam annos 34. deuotè & prosperè rexit. Quieuit in Domino Anno 1142. Sepultus ante altare S. *Crucis*, sub ferreo mausoleo.

HVG O.

Canonicus *Salisburgen.* in Præpositum huius Ecclesie *Berchtersgadensis* postulatur, præfuit annos 4. Deinde ad præposituram *Salisburgen.* auocatur.

HENRICVS.

Præpositus tertius, vtiliter præfuit annos 28. Hic ab *Alexandro* Papa tertio, liberam infulae vtendi facultatem impetrauit, Præterea à *Friderico* primo Romanorum Imperatore priuilegium super Imperiali huius Ecclesie tuitione, cum aurei sigilli appensione obtinuit. Idem Archiepiscopatum *Salisburgen.* *Adalberto* Archiepiscopo expulso, annos tres administrauit. Obiit anno 1174.

THEODORICVS.

Præpositus quartus, gubernauit annos 4. obiit anno 1178.

FRIDERICVS.

Præpositus quintus, rexit Ecclesiam per annos 10. Moritur Anno 1188.

BERNHERVS.

De *Shônsteten*, qui præfuit Ecclesie annos 8. Tandem in Præpositum *Salisburgen.* Ecclesie postulatur.

GERHARDVS.

Postulatur in Præpositum anno 1201. Hic Prælaturam resignauit.

HVG O.

Præpositus octauus, rexit annos 9, obiit anno 1210. Calend. 12. Nouemb.

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

R

CON-



## CONRADVS GARRER.

9. Præpositus nonus, anno 1210. eligitur, qui eodem anno Præposituræ cessit.  
FRIDERICVS II. ELLINGER.

10. Præpositus decimus, Ecclesiam gubernavit annos tres, Hic *Roman* petiit, & in recessu, obtento Archidiaconatu, apud *Brundisium* 26. die Septembr. anno 1213. moritur.

## HENRICVS II.

11. Præpositus vndecimus. Regimen tenuit annos 18. & in Domino obdormiuit anno 1231.

## FRIDERICVS III.

12. Præpositus duodecimus, ex Monasterio *Reichersperg*, cui præsidebat, in huius Ecclesiæ Præpositum postulatus est, & præfuit annos 8. obiit anno 1239.

## BERNHERVS II.

13. Præpositus 13. bene rexit annos 13. Idem mortem obiit anno 1252.

## CONRADVS II.

14. Præpositus 14. anno 1252. electus, & eodem anno vita functus est.

## HENRICVS III.

15. Præpositus 15. regnavit annos 5. moritur anno 1257.

## CONRADVS III. de Medling.

16. Præpositus 16. electus: præfuit Ecclesiæ annos 26. obiit anno 1283.

## IOANNES SAXO.

17. Præpositus 17. Hic Oblaiam Canonicis instituit & Chorum construxit. Et deinde *Conradi Vansdorfer* Archiepiscopi *Salisburgensis* pro tempore vicem egit. post in Episcopum *Brixinensem* postulatus est.

## HARTVNDVS.

18. Præpositus 18. ad huius Ecclesiæ Regimen de Præpositura *Gurcensi* anno 1305. postulatus & vocatus est. Rexit vnum annum. Et idem anno 1306. factò concessit.

## EBERHARDVS SAXO.

19. Decanus *Salisburgensis*, in huius loci Præpositum 19. postulatus est. Hic præfuit annos 10. Deinde ad Præposituram *Salisburgensem* vocatus est.

## CONRADVS IV. Tanner dictus.

20. Præpositus 20. 19. annos rexit; qui ob nimiam seueritatem Canonicos & prouinciales contra se magno cum Ecclesiæ periculo concitauit. Obiit anno 1335.

## HENRICVS IV.

21. Præpositus 21. vir domesticæ curæ vigilantissimus; rexit annos 17. Multis hic feudis, prædiis, & vineis in *Austria* emptis, Ecclesiam ditauit, moritur anno 1352.

## REINOLDVS ZELLER dictus.

22. Præpositus 22. electus. Ecclesiæ præfuit annos tres, mortuus est año 1355.

## OTTO Tanner.

23. Electus in huius loci Prælatum 23. rexit annos 2. obiit anno 1357.

## PETRVS Pfeifinger.

24. Præpositus 24. regimen habuit annos 10. Idem expirauit anno 1367.

## IACOBVS Vansdorfer.

25. Electus præfuit vnum annum. Hic Sacellum S. *Anne* à se fundatum, multis indulgentiis dotauit, & anno 1368. leuatur ad astra.



## GREINOLDVS WVLP.

Præpositus 26. Ecclesiam annos 9. gubernavit, qui plurima in *Bauaria* feuda emit, aliaq; bona multa fecit. Idem mortis viam iniuit anno Domini 1377. 26.

## VDALRICVS WVLP.

Præpositus 27. Ecclesiam annos septem continuis in litibus & tribulationibus moderavit, & eam postea quasi coactus ad manus capituli resignavit. 27.

## CONRADVS V. TORAR.

Canonicus *Salisburgensis*, fit ex compromisso quodam huius Ecclesiæ Præpositus 28. qui annos 8. cum non satis dolenda Ecclesiæ iactura infelicissimè regnavit. Deinde Prælaturam accepto Episcopatu *Lauantinen. Piligrino* Archiepiscopo *Salisburgensi* sub prætextu piæ commendationis liberè resignavit, atq; hoc modo Ecclesiam lachrymantem per años 17. sine vero Pastore sub peregrinorum mercenariorum manibus miserè exulare fecit, obiit anno 1392. 28.

## PETRVS PIENZENAVER.

Præpositus anno 1404. per *Bonifacium* Papam IX. consiliis & auxiliis Ducum *Bauariæ*, cum loci huius Præpositura prouisus, & ad eam anno 1409. inuestitus & confirmatus est. Gubernavit Ecclesiam summa cum laude annos 23. Idem phæbo concessit anno 1432. 29.

## IOANNES PRAVN.

Præpositus 30. Ecclesiam annos 14. commodè rexit. Idem anno 1446. ex hac luce substractus est. 30.

## BERNHARDVS LEVPRECTINGER.

Præpositus 31. regnavit annos 27. Hic pro conseruandis antiquis Ecclesiæ viribus in Curiis Imperatoris *Friderici* tertij, & *Ladislai* Regis *Bohemiæ*, grauibus obtinuit cum impensis, obiit anno 1473. 31.

## ERASMVVS PRETSCHLAIPFER.

Præpositus 32. electus eodem anno diuenditis quibusdam prædiis rexit annos 12. mortuus est anno 1485. 32.

## VDALRICVS PERNAVER.

Præpositus 33. præfuit Ecclesiæ annos 11. postea Prælaturam multis contractis debitis resignavit. 33.

## BALTHASAR HIRSCHAUER.

Præpositus 34. administravit Ecclesiam annos 12. Deinde ob malam corporis valetudinem præposituræ cessit. 34.

## GREGORIVS RAINER.

Decretorum Doctor. Præpositus 35. Ecclesiam annos 16. hypothecis variis, & debitis redemptis vtilissimè moderavit, anno 1507. mortis legibus indulsit. 35.

## WOLFGANGVS LEBERGER.

Regimini electus præfuit, & Ecclesiam ab hypothecis variis, & debitis prorsus liberam, præterea ædificia multa & insignia fecit. Idem obiit anno 1523. 36.

## WOLFGANGVS GRIESTETTER,

ab Haslach.

Præpositus 37. postulatus, rexit annos 26. præcipuam partem officinæ seu domus patellarum pro salis coctura, hic in *Fraunreidt* construxit, *Serenis. Bauariæ* Ducis *Alberti* per liberali contributione adiutus, Claustrum Monialium hic destruxit, & nouâ structurâ eius loco erexit, quâ tamè nõ absoluit, nec perfecit, multis insuper prædiis ab eo venditis, obiit año Dom. 1567. die 14. mensis Iulij. 37.

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

R 2

IACO-



## IACOBVS PITRICH.

38. Præpositus 38. per compromissum electus, qui nunc præest etiam. Quo viuo in Coadiutorem postulatus Sereniss. Princeps *Ferdinandus* junior vtriusq; *Bauariæ* Dux.

Obiit idem *Iacobus Pitrich* anno 1594. in mense Decembri.

39. Mortuo *Iacobo Pitrich* successit in regimen prædictus Serenissimus Princeps *Ferdinandus* junior, Comes Palatinus Rheni, vtriusq; *Bauariæ* Dux, Coadiutor Archiepiscopatus & Electoratus Colonienfis, & Administrator Ducalis Berthegadenfis Pontificia & Imperatoria autoritate confirmatus. Cuius Serenitati DEVS OPT. MAX. felix regimen tribuat, eamq; diutissimè saluam & incolumen conferuet.

Ex hac successionis linea præcipuè notandum.

**P**etrum *Pienzenauer* Præpositum 29. per *Bonifacium* Papam IX. confirmatum fuisse; atq; *Conradum Tanner* Præpositum 20. suffragiis Sedis Apostolicæ conatus Canonicorum & Prouincialium repressisse. Item *Fridericum Ellinger* Præpositum 10. Archidiaconatum *Romæ* obtinuisse pro se & successoribus suis, anno Domini 1213. Deinde *Henricum* Præpositum tertium Archiepiscopatum *Salsib.* administrasse. Et *Ioannem Saxonem* Præpositum similiter.

COPIA INSTRUMENTI POSTVLATIONIS SER<sup>MI</sup>

*Boiariæ Ducis Ferdinandi: de qua supra mentio fuit facta.*

**N**os *Iacobus* Dei gratia Præpositus & Archidiaconus Monasterij in *Berchdesgaden* ord. S. *Augustini*, Canonicorum Reg. Decanus & Capitulum ibidem, testamur in verbo veritatis, & notum facimus, quod nos vigore nostrorum priuilegiorum, atque iustis & legitimis de causis animum nostrum mouentibus, & vrgentibus, adhibito maturo iudicio & consilio, vnanimi voto & consensu, in Coadiutorem postulauerimus, & futurum Præposituræ *Berchdesgadens.* successorem, Serenissimi *Bauariæ Ducis Wilhelmi*, Domini nostri clementis, filium *Ferdinandum*: sicut eum ipsum tenore præsentium postulamus, ac postulatam velumus, pro vt de iure, vel consuetudine melius potest, non obstante cuiuscunque contradictione, contra liberam nostram eligendi, seu postulandi facultatem, prætensa.

Quam quidem postulationem nostram, vt idem commemoratus Princeps *Ferdinandus*, & gratiosissimè acceptare, & confirmationem eius nobiscum impetrare dignetur, maiorem in modum rogamus. Ea tamen conditione, vt postulatus Illustriss. Princeps supradictus, sub spe Regularis professionis quandoque faciendæ, interim Coadiutoriam non per extraneas personas substitutas, sed per aliquem Canonicum Religiosum hic professum, administret, si per se ipsum non commodè potest: vtq; in omnibus, quoad eius fieri potest, morem seruare studeat antiquum in administratione eiusdè. Qua si deinceps liberare se velit, nulli alteri quouis titulo eam conferat, sed pleno iure Capitulo iterum resignet. In cuius rei fidem, ac testimonium hoc nostræ postulationis scriptum, subscriptione cuiuslibet nostrum, & sigillorum nostrorum appensione, muniri fecimus. Actum in nostro *Berchdesgaden*, die vicesimo septimo Mensis Iunij, Anno salutis nostræ M. D. XCI.

*Iacobus Præpositus & Archidiaconus.*

*Iohannes Marquardus* Anfang. Canonicus & Decanus.

*Ioannes Benedictus* à *Perfall*.

*Ioannes Mairhofer* Senior,

*Sebastianus*



Sebastianus Heller Subsenior.

Degenhardus Neuhinger Parochus.

Ioannes Christophorus Otto.

Litem mouerat Archiepiscopus Salisburgens. Wolfgangus Theodoricus, super Præpositura Berchtesgadenst. volens eam sibi subijcere. suiq. juris facere. verum causa hac in Curia Romana aliquandiu agitata, & discussa hinc inde partium juribus, Sum. Pont. Clemens VIII, finem imposuit, & Archiepiscopi postulata rejecit prout sequitur.

Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Frisingen. & Ratisponen. Officialibus, Salutem & Apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filij Præpositus & Conuentus monasterij sedis apostolicæ immediate subiecti, per Præpositum gubernari soliti sancti Petri in Berchtesgaden, ord. sancti Augustini canonicorum regularium Nullius seu Salzburgen. dioc. quod nonnulli iniquitatis filij quos prorsus ignorant census, terras, dominos, possessiones, bona mobilia & immobilia, scripturas & jura, nec non pecuniarum summas auri & argenti quantitatem domusque suppellectilia magni momenti ad dictum monasterium legitime spectantia subtraxerunt & temerè occuparunt, eaque malitiosè occultare ac occultè & indebitè detinere præsumperunt & præsumunt, ex quo prædicto monasterio graua damna valorem quinquaginta ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum suarum periculum & dicti monasterij non modicum detrimentum. Super quo iidem significantes apostolicæ sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni vestræ filij officiales per apostolica scripta mandamus quatenus vos quilibet vestrum videlicet in suis ac eiusdem venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Salzburgen. interesse agatur in Salzburgen. ciuitatibus & dioc. si causa diligenter & magna maturitate per vos examinata pro rei, loci, temporis, & personarum qualitatibus vobis pro vestra conscientia videbitur expedire, omnes huiusmodi bonorum detentores & illorum celatores aut aliàs scientiam habentes ac damnorum illatores occultos ex parte vestra publicè in ecclesiis coram populo per vos vel alium seu alios moneatis vt infra competentem terminum quem eis præfixeritis ea prædicto monasterio à se debita detentores quidem & occupatores restituant, occultatores verò ac illa scientes reuelent. Et si id non adimpleuerint infra alium competentem terminum quem eis ad hæc duxeritis peremptoriè præfigendum ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiã proferatis, eamq. faciatis vbi, quando & quoties expedire videritis vsque ad satisfactionem condignam & reuelationem debitam solenniter publicari, volumus autem quod ea reuelatione huiusmodi si eam fieri contingat non possit nisi pro civili interesse & ciuilitè tantum agi, & aliter reuelatio ipsa neque in iudicio neque extra iudicium fidem faciat. Datum Rome apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo. Non. Aprilis. Pontificatus nostri anno primo.

Leonard à Bodrigno

H: Cenenus

A Hurandus.

I Bucca.

**I**N NOMINE DOMINI AMEN. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, indictione sexta, die lunę decima quarta Iunii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Clementis, Diuina prouidentia Papæ octauis, anno secundo, mane circa horam quintam, in choro summæ Ecclesię in Berchtesgaden, ante peragenda & celebranda sollemnem publicationem Breuis Apostolici ad Ser. mum & Re. mum Prin-



cipem ac Dominum, Dominum *Ferdinandum*, *Comitem Palatinum Rheni*, vtriusq;  
*Bauaria* Ducem &c. in negotio coadiutorie Præposituræ & monasterij *Berdesga-*  
*densis* emanati, pro felici auspicio, habitum fuit sacrum, hocq; peracto in jam  
 dicto choro Ser.<sup>mæ</sup> & Re.<sup>mæ</sup> Celsitudinis suæ ad petendam publicationem & de-  
 bitam executionem eiusdem Breuis Apostolici legitime constitutus procura-  
 tor Reuerendus admodum nobilis & clarissimus Dominus *Georgius Lautherius*  
 Theologiæ Doctor, & Ecclesiæ collegiatæ ad *Beatam virginem Monachij* Præposi-  
 tus, nec non Serenissimi vtriusque *Bauariæ* Principis *Guiljelmi* &c. Consiliarius  
 in Re.<sup>m</sup> Principis ac Domini Domini *Jacobi Pittrich* Præpositi, nec non venera-  
 bilium & nobilium *Ioannis Mairhouer* & *Degenhardi Neuchinger* Canonicorum in  
*Berdesgaden* capitulum, ibidem repræsentantium, meiq; Notarij & testium in-  
 fra scriptorum, ac plurimorum aliorum præsentia, coram Reuerendissimo Do-  
 mino *Jacobo Müller* Theologiæ Doctore & Episcopatus *Ratisbonensis* administra-  
 tore atq; autoritate Apostolica dicti Breuis executive cõparuit nomine pro-  
 curatorio exposuitq; cum non ita pridem, per Sanctissimum Dominum no-  
 strum & sedem apostolicam Ser.<sup>mus</sup> & Re.<sup>mus</sup> Dominus Principalis suus Re.<sup>mo</sup>  
 Principi ac Domino, Domino *Jacobo Pittrich* Præposito, capituloq; monaste-  
 rij *Berdesgaden*, ad eorundem postulationem in irrevocabilem Coadiutorem,  
 constitutus & deputatus sit, se vigore mandati procuratorij sibi dati Re.<sup>mo</sup> Do-  
 mino administratori *Ratisbonensi* tanquam executori, præfatum Breue Aposto-  
 licum vna cum instrumento procuratorie constitutionis legitimo modo insi-  
 nuare, eundemq; Reuer.<sup>num</sup> Dominum Administratorem nomine procura-  
 torio requirere vt Breue hoc publicetur solemniter, debitaq; executioni de-  
 mandetur. Ad quam insinuationem & requisitionem, vt breui Apostolico om-  
 nino consonam, Re.<sup>mus</sup> Dominus administrator respondit: cum paucis ante  
 diebus Ser.<sup>mus</sup> & Re.<sup>mus</sup> Dominus Principalis, Dominum Patrem Se.<sup>mum</sup> & Re-  
 uer.<sup>num</sup> *Ratisbonensem*, seq; Ser.<sup>mæ</sup> & Re.<sup>mæ</sup> celsitudinis suæ Episcopatus *Ratis-*  
*bonensis* administratorem pro executione prædicti Breuis Apostolici *Monachij*  
 coram atque in præsentia Notarij & testium requisiverit, nuncq; iterum  
 per præfatum Dominum Procuratorem requirat, R.<sup>mam</sup> D. suam hac in re offi-  
 cium facturam, statimq; Breue Apostolicum vna cum instrumentis jam jam  
 dictæ requisitionis *Monachij* ad R.<sup>mam</sup> D. suam factæ, nec non constitutionis  
 procuratorie, mihi publico Notario vt publicè & in præsentia infra scriptorum  
 testium aliorumq; quam plurimorum circumstantium legerem tradidit. Me  
 Notario imperata facere volente, R.<sup>mi</sup> Domini Præpositi canonicorumq; capi-  
 tulum *Monasterij Berdesgaden* repræsentantium loco & nomine, eorundem  
 Cancellarius, Dominus *Ioannes Fabritius* Iuris vtriusq; Doctor petit deman-  
 datam mihi Notario publicam prælectionem Breuis Apostolici & cæterorum In-  
 strumentorum saltem tantisper differri, donec ea quæ à R.<sup>mo</sup> Domino Præpo-  
 sito canonicisq; capitulum repræsentantibus in mandatis haberet propone-  
 ret. Datur per R.<sup>num</sup> Dominum Administratorem petita dilatio, & per Domi-  
 num Cancellarium proponitur, sæpe dictos R.<sup>num</sup> Dominum Præpositum &  
 Canonicos capitulum repræsentantes Breue Apostolicum in negotio coadiu-  
 torie Præposituræ & *Monasterij Berdesgaden* in iis saltem, in quibus postula-  
 tioni per eosdem Dominum Præpositum & Canonicos capitulum repræsen-  
 tantes factæ non derogatur, accepta re, in iis verò in quibus postulationi huic  
 etiam quouis modo derogatur minimè, ipsosq; super quibuscunq; postulationi  
 derogantibus solemniter protestari & apostolicum Breue pro nullo habere,  
 ac petere sibi super protestatione huiusmodi, per me Notarium subscriptum  
 vnum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta confici.



Ad quam protestationem R<sup>mus</sup>. D. Administrator *Ratisponensis*. vti hesternae die cum hac ipsa protestatio fieret priuatim, priuatim, sic etiam hodierna cum fieret publicè respondit R<sup>mam</sup>. D. suam sibi nullo modo persuadere posse, vel sanctissimi D. nostri vel Seren<sup>mi</sup>. & R<sup>mi</sup>. Domini Coadiutoris mentem seu intentum fuisse aut etiam nunc esse dictae postulationi quouis modo derogare vel contravenire. Quib. sic prauius Breue apostolicum cum dictis duobus Instrumentis per me Notarium publicum, publice & in testium infra scriptorum praesentia praelectum idemq; per R<sup>mum</sup>. Dñ. Administratorem *Ratisbonensem* pro solemniter publicato habitum & declaratum est ac proinde pro omnimoda executione sibi auctoritate Apostolica commissa Ser<sup>mi</sup>. & R<sup>mi</sup>. Domini Coadiutoris loco & nomine Ser<sup>is</sup>. suae legitimo constituto procuratori D. Doctore Georgio Lautherio, eam quae coadiutori de iure dari potest ac debet, possessionem dedit assignando eidem Domino Procuratori pro more stallum in choro & locum in capitulo suo tempore per Dominum Principalem obtinendos subiunxitq; quae expressissimis & germanicis verbis à sanctissimo Domino nostro & sede apostolica Ser<sup>mum</sup>. & R<sup>mum</sup> vtriusq; *Bauariae* Principem *Ferdinandum* moderno R<sup>mo</sup>. D. Praeposito ac capitulo *Berdersgaden* in certum & irreuocabilem Coadiutorem constitutum & deputatum Ser<sup>mam</sup>. & R<sup>mam</sup>. Cels. suam quocumq; & quomodocumq; praepositura *Berdersgaden* vacauerit verum & legitimum praepositum esse eidemq; per Canonicos capitulum representantes obedientiam debere, nec non oēs & singulos etiam cuiuscumq; dignitatis & praeminentiae officiales, aliosq; ministros & subditos, quoscumque vti in moderno R<sup>mo</sup>. Domino praeposito obligati & deuincti sunt, sic etiam vacationis tempore Ser<sup>mo</sup>. & R<sup>mo</sup>. Domino coadiutori obligatos & deuictos fore, recipiens insuper à Canonicis modo capitulum representantibus, potioribusq; officialibus, puta Praetore, Praefecto aule, Cancellario & scriba iudicij stipulatis manibus, datam fidem quod quando & quomodocumq; Praepositura *Berdersgaden* vacauerit Ser<sup>m</sup>. & R<sup>mum</sup>. coadiutorem pro verò Praeposito & Dño agnoscere, eidemq; debitam obedientiam praestare ac alias fideles esse velint. Acta sunt haec anno, indictione, mense, die, Pontificatu, loco & hora quibus supra, praesentibus ibidem discretis viris Georgio Widmann senatore M, Andrea Schinnagl Archigrammataro, & Ioanne Halfreitter scriba iudicij in Reichenhall, testibus, ad praemissos actus ac protestationes & requisitiones omnes & singulos per R<sup>mos</sup>. & Reuerendos Dominum Administratorem *Ratisbonensem* Dominum Praepositum & Canonicos *Berdersgaden* Capitulum representantes, nec non Ser<sup>mi</sup>. & R<sup>mi</sup>. Domini Coadiutoris *Berdersgaden* procuratorem singulariter & specialiter factos, singulariter & specialiter vocatis requisitis & rogatis.

Et ego *Dauid Clostermair* I. V. Licentiatus, sacris Pontificia & Imperiali auctoritatibus, Notarius publicus, nec non apud ducale regimen Monachij aduocatus, quia supradictis omnibus & singulis, dum sic, vt praemittitur, fierent & agerentur, vna cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi, ac in notam meam sumpsi; ideo hoc praesens publicum instrumentum exinde confeci, manuq; alterius scriptum subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque solito notariatus signo communiui; in fidem & testimonium praemissorum omnium vocatus & requisitus.

*Dauid Clostermair* I. V. L.

manu propria.

B I B V R G.

ANNO à nato Christo 1124. Vlric<sup>o</sup> & Gebhard<sup>o</sup>, maiores natu fratres Germani,

R 4

filij